

$$\frac{P_0}{\rho_0 \cdot g}$$

R. 29

6/11 -

26  
25





Pertenecia a el Apofenico del Beato L. Videl.

# DE CONSCRI

BENDIS EPISTO<sup>S</sup>  
LIS OPVS DES.

ERASMI

R.O.T.

*luctoris damnati*

*Opera m'na Crism' cum legendo  
et multa iuris correlioē signa ut uix  
om̄e exp̄res gaudi pos̄int*



L V G D V N I A P V D S E B.  
G R Y P H I V M,

1542.

Ex Bibliotb. Jos. Gil  
de Araujo Can. Lector.  
Hispal.


*Auctor de gratia*  
ERASMI S R O T E R O D A  
MVS NICOLAO BE-  
RALDO  
S. P.



O S T E A Q V A M Holo-  
nius ille desierat esse apud supe-  
ros, crudelissime Berulde, non pu-  
tabam mibi quenquam alium mea-  
tuendum, qui nemias, quas iuuenis  
uel exercendi stylis gratia, uel ob-  
sequiundans amicorum affectibus  
scripsisse, in uslugs ederet, in quiduis potius, quam in  
hoc natus. Et ecce de repente apud Britannos exortus est  
alter Holonius, qui librum de componendis epistolis ex-  
eudit, quem annis ab hinc ferme triginta Lutetiae scribere  
cooperā, cuidam amico parum syneero, cui simili munere  
gratificari uolebam, uidelicet ut haberet similes labra la-  
tucas. Lectioni simul & compositioni, non plus tempo-  
ris tributū est, quam dies uiginti. Atq; adeo non erat tum  
animus hoc opus absoluere, ut archetypum illi tradiderim  
austerendum (nam adornabat longinquam profectionem)  
nullo antigrapho apud me seruato. Aliquantò post, de-  
mici quidam, qui, nescio quo casu, nacti, nugas eas de-  
scripscent, precibus adegerunt me, ut operis rudimen-  
tum absoluferem. Erat enim non solum rude, acrumptian  
truncum ac inutilum. Receporam in manus, sed quam  
ue retractanti quidem arrideret, in totum abieci, nequa-  
quam fore susspicans quenquam tam effrontem, qui me ui-

no &

uo & reclamante schedas meas euulgaret . Verum, ut uis  
deo , nihil iam pudet typographos . Postea quā expē-  
riuntur nihil audius rapi, quām nugacissimas quasq; nē-  
nias, neglectus interim priscis ac probatis autoribus, per-  
fricta fronte, sequuntur illud ē Satyra : Lucrī bonus est  
odor ex re Qualibet . Proinde nos tametsi sic essemus affe-  
cti, ut nunquam antehac eque senserimus, quomodo fac-  
rit animatus Flaccus, quum scriberet carmē illud: Vt nox  
longa quibus, &c. nam agnoscis reliqua : tamen sepositis  
operis sacratiōribus, quae ut magis decēt banc etatē, ita  
magis iuuant hunc animum : dies aliquot in recognoscen-  
dis que iam exierant, perdidimus, nescio quanta id clura  
studiorum grātiorū, certe maximo inco radio . Quod  
ne mibi s̄epius accidat, etiam arque etiam te rogo n̄i Be-  
ralde, effice quousq; pacto, ut iuxenis iste, nimium, ut ap-  
paret, amans mei, librum, quem, uti scribis, à callido uen-  
ditore magno emit, aut aboleat, aut certe tibi tradat ad  
me transmittendum, quò mibi liberum sit de eo statue-  
re . Typographis quid imprecor, nisi mentem meliorent  
ipsi dari ? Ceterum iuuentutem studiorum cultricem, li-  
bens admonucrim, ut in hisce nugis quām minimum ope-  
re perdat . Video, discruciorq; animo, bellum hoc inter  
Germanos & Gallos in dies magis ac magis incrudefice-  
re . Quanta totius rei Christianæ calamitas, duos poten-  
tissimos orbis monarchas, sic fratibus dissidijs inter se  
conflictari ? Tolerabilius esset malum, si res eorum, quo-  
rum interest, monomachijs finiretur . Sed quia compag-  
ciues & agricole, qui spoliuntur fortunis, sequntur fes-  
dibus, trahuntur captivi, trucidantur, ac lenti amputantur .



reos principum animos si bæc perpendunt, ac ferunt: ô  
crassos, si nō intelligunt: supinos, si non expendunt. Erat  
nonnulla spes in hoc nono pontifice, primam theologo,  
deinde spectate à primis annis integratiss. Verum haud  
scio, quo pacto fit ut pontificum autoritas longe plus ue-  
leat ad excitandum inter principes bellum, quam ad com-  
ponendum. Sed hi tumultus non dirinxunt musarum fœ-  
dera, nec bæc conuercia nobis intercipere possunt bel-  
lorum leges. Non conuenit Cæsarianis et Gallis, sed pul-  
chre conuenit honestissorum studiorum sodalibus.

*Quare ualebis uir humanissime, simulq; quam  
dabitur opportunitas, Budæum, Deloi-  
num, Brixium, ac reliquos amicos  
meo nomine salutabis diligenter.*

Basilæ VIII. Cal. Iun.

A N N O

M.. D. XXII.

*Ex Biblioteca Jos. Gil  
de Araujo Canonici Lec-  
toralis Hispalensis.*

*Del Apóstolo del Bebel.*

D· E R A S M V S *Autor*  
ROT E R O D A M V S, DE RA  
T I O N E C O N S C R I =  
B E N D I E P I =  
S T O L A S.

Quis epistolæ character.



V I in epistolis unum aliquē charactrem uel requirunt, uel prescribunt: id quod ab eruditioribus etiam quibusdam video factum: ij nūbi nimurum de re tam multiplici, propeq; in infinitū uaria nimis anguste atq; arcte uidetur agere.

Neq; sanè ita multò minus absurde facere eos existimo, quam si sutor omni pedi ad eandem formā crepidam uelit consuere: aut si pictor quodus animal ijsdem liniamentis, ijsdemq; coloribus conetur effingere: aut sarcinator consimilem uestem pumilionī ac gigāti tribuere studeat. Negant epistolam frēdam esse, nisi que intra exilem dicendi figurā seſe contineat: nisi que illaborata dissolutaq; fluat, & omnibus contentionis nervis careat: nisi que uulgo mutuatis uerbis contexta: nisi deniq; que breuitate ipsa epistole nomen increatur potius, quam uoluminis. Hanc formam si quis suo quodam instituto sequi maluit: ut saepē numero pro ingeniorum uarietate, aliud scribendi genus alij magis arridet: cum hoc equidem non admōdum pu-

gnabo. Sit enim per me suum cuique pulchrum. Verum si eam nobis ita prescribit, ut uel solam, uel optimam haberi uelit, cum argumentorum species non minus sint innumerabiles, quam mundi illi Democritici: & nullum serè argumenti genus non recipiat epistola: & nusquam operetur orationis habitum cum argumenti genere dissidere: qui queso potest tam infinitæ rerū uarietati, simplex sermonis character accommodari? Quem quidē, ut uel maxime alioqui per se optimū deligat, fieri tamen non potest, ut idē ubiq; optimus esse uideatur. Ego tum unquamq; orationis figurā optimam existimo, cum maxime in loco adhibetur: tum pessimā, quoties iuxta priscum Græcorum adagionem, rō ip̄e paxī suī fop: hoc est, in lente unguentum admiscerimus. Atq; hec quidem eruditis abunde satis in summa dicta fuerint. Ceterum literatoribus istis quibusdam trivialibus, ut multò indoctioribus, ita non paulò magis importunis, pinguiore (quod aut) Minerua, & per partes satisfaciendum est. Quibus etiamsi (ut solent esse pertinaces) fieri satis non poterit, tamen eos coargui uel puerorum interest, ne horum autoritate decepti, ea rūdibus annis discant, atq; imbibant, que grandes iam de discere aut pudeat, aut nolint, & ut maxime uelint, non possint. Atqui hoc indoctum doctorum genus & illiterata literatorum terra, literarijs in ludis hodie precipue regnat, & tanquam in suā tyrannide Phalarisnum quendam exercet. Illic mibi blatero quispiam arrepta censoria uirgula, Solonis leges didabit, clamabitq; delectā esse epistolam, que non intra duodecim uersiculos constituerit: banc enim epistolari modo praefixam esse metant

tam. Obliteremus igitur hoc censore plerasque Platonis,  
 Ciceronis, Plini, Senece, D. Hieronymi epistolas, in quod  
 tam ~~visp*er*it*ia*~~ ~~med*ia*~~, & contemptis istorum limitibus ~~sept*em*~~  
 in iustum usque volumen porrectas. Quid si argumentum  
 uarium & amplum obiectu erit, tu nibilo minus me co-  
 hibebis, & circulum istum tum magicum egredi uetabis?  
 Agesilaus haudquaquam probum cerdonem sibi uideri di-  
 cebat, qui paruo pedi magnum induceret calcen: at quā-  
 to molestior, qui magnum pedem artiiore calceo stringit  
 torquetque? Recte Fabius scribit, absit dū fore, si quis Her-  
 culis personam, & coturnos infanti tribuat, uerū multo  
 uidetur absurdius, si infantis fasciolas, calceolosque; Hercu-  
 li coneris accōmodare. Neque paulò gravius est tum flagi-  
 tium, tum etiam periculum, in re copiosa contrahi, quam  
 in re non ampla copiosiore fieri: propterea, quod super-  
 uacua fortasse cum temperio leguntur: certe necessaria non  
 nisi magno utriusque dispensio praeterereuntur. Porro si  
 omnino propositum est, delicatis quorūdam ingenij cō-  
 sulere, quibus omnis epistola longa est, nihil esse scriben-  
 dum praecipiamur. Ne querursus hæc dixerim, quod eos  
 probem, qui ridicule copiam affectantes, emendicatis uo-  
 culis & male consutis sententiarum centonibus, epistolam  
 infarciant: quique cum omnino scribere nesciant, tonè scri-  
 bendi finem innuere nunquā possunt (nihil enim infan-  
 tia loquacius) sed ut puerorum causa, corum stultitiā re-  
 sellant, qui suam infantiam Laconismū non sine prætexunt,  
 cum interim nec ipsa breuitatis ac copiæ vocabula, quid  
 sibi uelint, intelligant, cum unius atque eiusdem artificis  
 sit utrumque. Etenim quemadmodum apud Platonem So-

erates, cum demum optime uerum dicere posse colligit, qui sit idem artifex mentiendi optimus: ita nemo breuitatis nomine rectè laudabitur, qui non idem quām copiosis-

Breuum & sine scribere posse. Nam quid tandem est breuitatē prae-  
quid.

Pauca sati-  
bere.

ſtare? Nempe maximum rerum uim, quo ad fieri potest, in pauca conſerre, non pauca scribere: quod alioqui uel in-  
doctissimus quisq; desidiosissimusq; facilimē posse. Omne  
igitur ad copioſe dicendum ſupelicetilem in animo pre-  
pararis oportet, ſi Laconismi, hoc eft breuiloquentie lau-  
dem auferre uoles. Ea autem pro argumenti oblati modo,  
utq; ſcē dabit ocium uel scribenti, uel lecturo, ita utce-  
murmodo rei ſatis fiat. Neque interim uia epiftola non  
breuis uidebitur, in qua preter argumēti diſpendium ni-  
bil adimere queſas: que ſic eft ſcripta, ut iterum atq; ite-  
rum relecta, tamen non ſatiet: cum tua interim, uel intra  
duodecim uerſiculos conſiftens, adeo breuis non ſit, ut  
Iliade quoq; uideatur prolixior. Quandoquidem in hac  
tamet ſi longiſſima, nullus ex tot uerſuum mulibus redun-  
dat, cum ex tuis illis undecim uerſiculis, ſeptem poſſint  
reſecari: atq; ita ſanē reſecari, ut reliqui quoq; ob ſermonis  
ineptiam, immēſe prolixitatis nauſeon faciant. Qua-  
re ſi quem in ſcribendis literis impendio delectat hic La-  
conismus, per me quidem licet, ſi rei ocijq; modo, non  
chartarum ſpatijs, ac uerſiculorū numero breuitatem me-  
tiatur. Nec ita ſcribat pauciflma, ut ex ijs ipſis ſuperfint  
quædam, ſed ut uelut ē diuite rerum aceruo optimam que-  
que decerpta fuſſe apparet. Meminisse tamen debemus,

Volumen &  
epiftola, quid  
diſſerant.

ratio

*rationem, quantum licet, est accommodanda. Volumen quoniam omnibus scribitur, ita temperandum est, ut optimis atq; doctissimis placeat.*

### De illaborata epistola.

**S**VNT qui non ferant epistolam nisi inclaboratam: & bac de causa figuratan esse nolint, ne si quid in ea phaleratum fuciue appareat, lucernam olere dicatur. At ego citius feram epistolam, que lucernam oleat, quam que temetum: que myrotbecia, quam que bircum. Quis porro tam ini quis censor, qui non eas ueterum epistles optimas iudicet, que sint omni cura, arteq; elaborata? Quid unquam exquisitus, accuratusq; scripsit Cicero, quam illam prolixam ad Lentulum: rursus illam, qua Curiioni commendat Milonem, & plerasque ad M. Varonem: præcipue uero eam, qua Luceio persuadere conatur, ut res ab se gestas, literis mandet: quam ipse uelut accuratè, feliciterq; scriptam, Atticum uti legat hortatur? An lector bis anteponat eas, quas scripsit ad Terentium, Ciceronem, Tironem, aut Acilium? An Plinius dum Aridano suo scribit, quid sit allum in causa Marij Prisci: dum Gallo Laurentianum suum describit: dum Minitiano narrat, quid rerum gesserit in provincia Betica: dum Apollinari Tuscos agros suos depingit, num decem uerjibus absoluit epistolam? At que is testatur eas potissimum à se collectas, quas scripsisset accuratus, nimurum ut posteritate digniores. Sed interim babenda ratio, cui scribas. Sunt qui neglectam & illaboratam epistolam sui contemptum interpretantur. Sed ut dicam in genere, quemadmodum incidere potest, ut pro persona cui scribis, proq;

argumenti ratione, nullam ornamenterum aut dignitatis genus non deceat epistolam: ita frè congruit simplicitas quedam orationis, sed elegans. Non efflagito phaleras, sed idem non ferro pannos. Non desidero calamistros, modo ad sit mundicies. Pigmenta negas, at sordes ut absint facito. Non requiro curam anxiam ac morosam, sed rursum nolo scopas dissolutas. Postremò, si libet, scribito ex tempore: scribito quicquid in buccam uenerit, sed ita ut ad Atticum fecit Cicero.

### De grauitate epistolæ.

**N**am istos, qui nusquam uolunt assurgere epistole pbrasim, sed quotidiano sermoni proximam esse oportere contendunt, uel una Ciceronis epistola facile reuicerit: nimurum ea quam scripsit ad Octauium Argustum: que adçò non repit humi, ut non solum attollatur ad orationum procellas, uerum etiam in tragediam excat. Et arbitror atrocissimam eius epistole partem esse resectam ab ijs, qui hoc uel Octauij, uel Ciceronis interesse putabant. Quid enim illa, Quid illis interrogantibus, quid agat nunc R ephub respondebit aliquis nostrū, qui proximus in illam æternam domum decesserit: à quo accipient de posteris suis nuncium ueteres illi Aphricani, Maximi, Pauli, Scipiones, quid de patria sua audierint, quam spolijs, triumphisq; decorarunt, & cetera que consequuntur. Num remissiora tibi uidentur illa Albanorum tumulorum obtestatione, qua nihil in oratione uhemen- tius inueniri posse putat Fabius? Effruescit igitur uel in tragicam usque uociferationem epistola, si quando res ita postulabit, sumctq; ampullas, et scquipedalia uerba. Ne-

que

*que de bello, paceq; simili stylo loquetur cruditis magnatibus, quo de macerandis salsa mentis, aut coquendis holeribus mandaret famulo. Cæterum in medio cribus argumentis, si non incidet quod aliud suadeat, non displicebit Atticis mus in epistola: nec hic requiram fulmina aut tonitrua Periclis, si modo sermo uelut è fonte lido limpidis aquis, grato leniq; murmure per strepentibus fluat, non uelut mortuus, stagni in morem torpeat, omnium expers effectum.*

### De perspicuitate epistolæ.

**E**cce autem maxima pars eorum qui hoc iuris uel etatis, uel fortune prerogativa sibi vindicant, ut de literis quas non didicerunt, censuram agant, magnis etiam conuictis à nobis efflagitant perspicuitatem. Graue flagitiū esse clamitant, si uerbum ullum misceatur epistole, quod legentem uel tantisper remoretur. Mēmini quam ipse puer annos natu quatuordecim scripsisse tutori cuidam meo, quem magis etiam puer habueram institutorem: & ex lectione librorū, qui tum suppeditabant, admiruisse nonnihil: rescripsit homo, non minus superciliosus, quād indectus, ut si posibac esset animus tales epistles mittere, eadem opera commentarium adiungere: sibi semper hunc fuisse morem, clare, & punctuatim scribere. nam bis floscalis sibi placebat. Non hec dico, quod nē gem in quauis oratione precipuam esse laudem perspicuitatis. Quid enim est oratio, que non intelligitur? Sed quicmadmodum pro re non solum probanda, uerum etiam necessaria est perspicuitas, facilitasq; sermonis: ueluti, quoties seruum quippiam petitur ab homine semidocto, moroso

moroso'ue, aut etiā uebementer occupato: ita incidit non-nunquam, ut non aliud genus excusatiū admittat obscuritatem: uelut cum eruditus cum eruditō uelitatur literatis iocis, quos nolit à quo uis intelligi. Quemadmodum nos olim lusimus cum eruditissimo viro Thoma Linacro: cui scripsimus epistolam metro trochaico tetrametro, sed ita temperata compositione, ut aliud agenti nō suboleret esse cāmen. Admonueram in epistole frontispicio, ut sibi casueret: nam mibi in animo esse ipsum bac epistola fallere: ex in calce adieci iam me fefelliſſe, ni fallerer ipſe. Non sensit homo fraudem, niſi monitus à me. Mibi nō displicet illud Octauij Cæsarīs, nō aliter in sermone ſuigēdum uerbum insolens, quām in cursu scopulam. Et meritò ridetur hoc nostro ſeculo quidam Apulciani, ex obſoleto antiquitatis affectatores. Arridet uſtatis uerbis cōtexta oratio, ſed ab iſtis lubens quæſierim, quæ tandem appellent uſitata. Num ē compitis, ac triujs ſumpta? Recite ſanè ſi Gallice, aut Germanice ſcribendum erit. Verum ſi Græcè aut Latinè, quid minus conuenit, quām eius sermonis mundiciem ab his autoribus petere, apud quos preter meras ſordes nibil eſt? Olim hoc iuriſ erat consuetudini publice, ut quasdam uoces antiquaret, alijs gratiam nouitatis adderet. Quanquām ne tum quidem omnia placebant doctis, quæ uulgo in conciliabulis, theatris, aut caſtris iactarentur: ex erant in libris eruditorum, ad que reſiſteret plebeius lector. Nunc uero Latinè loquēdi conſuetudo, non à foris aut cōciliabulis idiotarum, ſed à probatis autoribus petitur. Itaque nullum uerbum inuiftatum uideri debet, quod extet in elegantis mundi q̄ ſcripторis

ptoris literis. Quid Ciceronis oratione candidius, quid apertius? At hic non nullis uidetur Cimmerijs tenebris obvolutus. Quid Terentiano sermone luculentius? At bunc ne commentarijs quidem adiuti, complures intelligunt. In sordidis autoribus versatus, si quando inciderit in Quintilianum, clamat omnia sibi videri Graeca, aut Arabica. Danda est opera, ut simus aperti, sed eruditis. Neque quam commoneat obscuritatis crimen, quod sit illi cum Cicerone, aut Tito Lilio commune. Clamitas tenebricosam esse Flacci dictio[n]e, sed eruditis uel in primis admirabilis est erudita perspicuitas. Proinde colligis, opinor, in te tenebras esse, non in autore. Tu in quemcunq[ue] scriptorem incideris, modo laudatum, noctem istam tecum circunsers. Vociferaris spinosum esse librum, sed tui pedes spinas habent, non locus: caligas in sole, & lux ipsa tuis oculis nocturnis pro caligine est. Mutandus est, in quis, stylus: qui quoquo modo accidat, tamen non intelligitur. At quanto iustius est, & tibi etiam utilius, tuum mutare uitium, quam eruditos omnes suam oratione tuo uictio accommodare? Barbare loquendi mille sunt species, ac subinde exoriuntur nouae. Itaque simplicius est ac facilius, ut unam emendate loquendi rationem discant omnes, quam ut omnes barbare dicendi formas singuli. An aequum censes, ut docti Romanam linguam, cui tot egregie discipline, cui Christiana religio concredita est, finant intermori, ne quid offendant istorum indoctam arrogantiam? Num par esse iudicas committere ut intereant, non dicant Cicero, Quintilianus, & huius generis ceteri, sed Cyprianus, Hieronymus, Augustinus, ut pro his legatur Catholicon, Holcot, Bricot, &

Götts

Gorra! An lascinia cōmutabit cum cuculo modulos suos,  
 propterea quod asello iudici planius et intelligibilius ca-  
 nit cuculus? At iniquum sit, si docti cogantur rectum ser-  
 monem dediscere, ut cum ipsis fœdè balbutiant: præsentim  
 cùm eis in manu sit, imò cùm eis tot nominibus expediat  
 ea discere, que suo magno malo fastidunt. Ego uero qui  
 semper discendi sum cupidus, nec bis succensere soleo, qui  
 præcas uoces, et à Ciceronis etiam consuetudine semo-  
 tas eruūt. Fortassis et bis usus erat Cicero, si extaret quic-  
 quid scripsit. Non indignor obiectum esse, quod non in-  
 telligan, sed oblatū gaudco, quod discam. Tu contrà uia-  
 uis alienam eruditionem reprobendere, quām tuam ipsius  
 inscitiam uel agnoscere modeste, uel mutare prudenter.  
 Manis solem in crimen uocare, quām lippientes oculos  
 tonsori Licino committere. Ac uide interim, quām studiose  
 in nos iniquus sis: tu qui tuis in literis sordidissimi sermonis  
 portenta inculcas, quum uere tenebriosus sis, sanis  
 etiam oculis: dilucidus tamen uideri postulas, et alios ob-  
 securitatis accusas. Paria certe facere debueras: et si oculis  
 tuis irasci non potes, saltē nostras falsas dissimulare tene-  
 bras, quum tuas, que tetterina uerisimileq; sunt, cupias  
 et laudari. Non dignatur tua prudentia Latinam lin-  
 quam disceere, quo positis D. Hieronymum ( nam unum  
 hunc plurimorum uice nomino ) intelligere, et nos uis fe-  
 cem istam sermonis in tua culina nati, perdiscere, ut te  
 tuosq; sodales delirantes, ac miserè balbutientes intelli-  
 gamus? Nō uero hac, optime lector, in hoc tot uerbis dis-  
 serimus, quod eruditam sermonis simplicitatem contemna-  
 mus: que mea sententia, se penultimo plus habet artis,  
 quam

quam operosa structura: Sed ut ueram perspicuitatem, à ueris tenebris separemus. Scruiendum est auribus, sed eruditis: in his duntaxat, quæ cupidius ab eruditis legi. Quod huic obscurum est, illi dilucidum est. Sed hic lusciosus, ille purus oculis. Est tamen aliquid suapte natura dilucidam, ad cuius sensum repurgandi sunt oculi. Cæterum, ut ad institutum sese referat oratio, quanquam obscuritas quoties officit, ubique uitanda est uel dicenti, uel scribenti: tamen haud scio, an illo in genere plus inueniat uenit, quam in epistolis (modo non iudicata) in quibus uel Ciceronis exemplo, licet subinde Græca nescere Latinis, obscuris allusionibus uti, amphibologis, significationibus, paronomasijs, enigmatibus, clausulis de repente præcisis. Tantum habenda ratio, qua de re, cui scribas. Non dannabitur libertas, si non destituat nos consilium, cui debet artem ubiq; cedere.

### De compositione.

**P**orrò qui compositionem in hoc genere dant, equidem non adeò demiror, quum uideam fuisse permultos, qui eam ne in orationibus quident & quo animo tulerint. Quanquam mihi nunc cum ijs potissimum res est, qui quid sit in oratione compositio, prorsus ignorant. Cæterum quam eiusdem sit artificis, orationis numerum uel adhibere in tempore, uel negligere: Et hanc partem scriptoris arbitrio relinquimus: nisi quod uelim adolescentē, qui tantum exercendi styli gratia scribit, aliquādiu compositionem etiam elaborare: ita fiet, ut si res postulet orationem numerosan, aptè moduletur: si neglectam, tamen uitet illud Ciceronis conuicium, scope dissolute.

De ha

## De habitu epistolæ.

**M**agna olim inter eruditos sententiarum uarietas fuit, quod dicendi genus maximè probaretur, Atticum, Rhodiense, an Asiaticum. At Fabius existimat cum optimum dicendi genus sequi, qui pro re, pro loco, pro tempore, pro qualitate auditorū quam appositissimè dicit: ut in epte faciat, qui dictionem ad certas leges astrinxunt. Itidē & ego eam epistolam optimam iudico, que à vulgato hoc ex indocto literarum genere quam longissimè recedat: que sententijs exquisitissimis, uerbis electissimis, sed aptis constet: que argumento, loco, tempori, persona quam maximè sit accommodata: que amplissimis de rebus agens, sit grauißima: de mediocribus, concinna: de humilibus, elegans, & faceta: in iocis, acumine delelet, ac lepore: in encomijs, apparatu: in exhortando uerbēs sit, & animosa: in cōsolando, blanda sit, & amica: in suadēdo, grauis sit, & sententiosa: in narrando, lucida, & graphicā: in petendo, uerecunda: in cōmendando, officiosa: in rebus sequundis, gratulabunda: in afflictis, seria. Denique (ne que sunt infinita, persequar) sit uerispellis, ac polyspus quemadmodū scinet ad omnem subiecti soli habitum, ita sese ad quemuis argumenti, reliquarumq; circumstan- tiarū habitū, attemperet. Neq; enim rei solū obsequūda bit epistole stylus, uerū ut dignū est egregio quopiam Mercurio (nam nuncij uice fungitur epistola) temporum personarumq; rationem habebit: nec eadem de re quo quis tempore, nec apud quos uis loquetur: alia specie sese offreret senibus, alia iuuenibus, alia tetricis ac seueris: alia ijs, qui festiuore sunt ingenio: alia dulicis: alia philosophis:

alia familiaribus, alia ignotis: alia uacuis, alia negocio-  
sis: alia fidei sodalibus, alia fictis amicis, ac paru bene uo-  
lentibus. Sed interim & illud spectabit, unde ueniat, no solum ad quem ueniat, aut quibus de rebus legata. Proinde Mercurium quendam aget, semet pro re presenti in  
omnem transfigurans habitum: sed ita tamen, ut in tanta  
uarietate, unum quendam tenorem obtineat: uidelicet ut  
semper munda sit, semper erudit, semper sana. Ab his si  
non fuerit recessum, nullum est praeterea delictum in epi-  
stola cui non sit parata uenia. Erit loquacior, scripta di-  
cetur tum auido, tum otioso. Elaboratior erit, & lucernā  
olens, scripta est eruditio. Habebit artificium, talem dece-  
bat muttere artifici. Carebit artificio, scripta putabitur ei,  
cui placebat simplicitas, aut imperitiori. Laconismum ha-  
bebit, occupatus scripsisti occupato. Fucatior erit, ac pi-  
cturatior, scripta dicetur curioso: priscis uerbis, antiqua-  
rio: blandior, amico: licentior, familiari: afferior, impro-  
bo: adulantior, ambitioso putabitur. Deniq; quicquid ali-  
bi non uacasset criminis, hic uel à re, uel à persona scribē-  
ti, uel à moribus, fortunaq; , uel estate eius, cui scribitur,  
defensionem inueniet. Quin & aliās dānanda phraseos,  
& argumentorum uarietas, & inæqualitas, bic uel pre-  
cipuan habet gratiam. In Noctibus ac Miscellaneis ar-  
gumento subinde novo datur uenia, stylo subinde diuerso  
non datur: in epistolis iuuat etiam uidere, quantum ora-  
tio iuuensis differat à senili, quid'ue etas stylo uel adie-  
cerit, uel detraxerit. Quare qui unam quamquam formam  
ac faciem huic generi tribuere conantur, hi non solum  
inanem, uerum etiam ridiculam operam sumunt.

## Peculiaris epistolæ character.

**F**ortassis erunt, qui quasdam epistolæ semouebunt ab hoc ordine: quod genus sunt epistole ad exercitacionem, uel ostentationem ingenij confitæ: ueluti Phalaridis, quas eruditæ tribuunt Luciano: & amatorie Philaristratis: sicut elegantes, si perinde essent castæ: ad hec heroinarū, autore Nasone, aliæq; consimiles: quas si quis malit appellare declamatiunculas, equidē non admidum refragabor. Sunt in quas magis libri nomine uidetur competere: quales sunt aliquot Platonis, Senecæ omnes: plementaque Hieronymi, Cypriani, & Augustini: Tertulliani paucæ. Sunt quas aliquis malit orationes appellare, nimurum que ad principes aut magistratus, arduis ac perplexis de rebus prolixè scribuntur. Tunc enim epistola, non confabulonis, aut nuncij, sed oratoris uice fungitur. Quòd si quis non dignatur epistole uocabulo, nisi que priuatis de rebus inter amicos obambulet: quanquam ne hic quidem certa forma prescribi potest: tamen si qua peculiaris est huic generi, uideor ubi non maiore compendio quæ sit indicare posse, quam si dixerim talem oportere esse distinctionem epistole, quales sunt amicorum inter ipsos confabulationes. Est enim ( quod scitè scriptam est à Turpilio comico ) epistola absentium amicorum quasi mutuus scriuo, quem neq; agrestem, aut asperum, neque fucatum esse oportet, neq; una de re, neq; ad fastidium usq; multum. Eoq; simplicitatem, candorem, festinatatem, argutiam amat hoc epistolarum genus. In his igitur omnibus leporum genera consecutabimur, nisi quum res, aut personæ diversa postulabunt. Neque diu sermonem eundem urgebimus

gebimus: & quod solemus cum amicis confabulantes, mis-  
sebimus, si videbitur, non solum mula, uerum etiam ua-  
ria. Huic generi magis congruet Atticismus, ac stylus hu-  
milius, comedie propior quam tragodie, aut siquid  
etiam humilius phrasi conuca, modo docta sit humilitas:  
meminerimusq; non inferioris esse facultatis, cum laude  
bumi serpere, quam cum Dædalo uolare per aer: & ni-  
cinum littus legere contractis uelis, quam sublatis an-  
tennis, medio ferri pelago. Amica est huic generi breui-  
tas, maxime si uel de multis, uel de minutulis negotijs  
agetur: & si aut ipsi qui scribinus, aut iij qbus scribitur,  
occupatores erunt. Ceterum quibus rationibus praestan-  
da sit brenitas, indicauimus in opere de copia. Quod ad  
hoc institutum attinet, brtuoquentiam prestabimus, si  
quando, ita ut sit in comedijis, statim medianam in rem ag-  
grediemur: si presentationes superuacaneas uitabimus: si  
uerbis quam significantissimis utemur, si rerum exitus ita  
proponemus, ut ex his coniiciantur ea, quæ præcesserunt:  
si epistole, cui respondemus, argumentum recensere su-  
persedebimus, quæ res nonnunquam bonam epistolæ  
partem occupat: sed hoc è nostris diuinandum reclinque-  
mus. Quod genus sunt illa: Quid narrat? Antonius epi-  
scopus? Orem lupo, quod aiunt. Hæc tempestas magis de-  
siderabat Aurelium. Ille quid alind, quam nullus, ma-  
gnus, malus, piseis. Tu uerbo, sed absolutius totum homi-  
nem depinxisti. Occideras de ualeudine fratri: sed opti-  
mo medico quantum debeam, breui re ipsa declarabo.  
Fœcunditas uxoris mihi iucundior esset, si res una cum  
prole cresceret. Cum Laurentio homine furiose maledi-

*co*, satius arbitror nullo pacto contendere. Quid enim aliud quām irritabis crabronem, aut si quid crabrone pe=stilentius? Ex his enim uerbo notatis perpendet lector, quid ille scripsit, cui rescribitur. Sunt qui alienam epis=tolam penē totam recensent, ac propemodum uerbosius, quām is qui scripsit. Si res postulet, ut repetatur argu=mentum, id dextra quadam, ac commoda breuitate fieri conueniet. Quia quidem in re Politianus mirus est arti=fex, qui hoc in plurimisque epistolis facere consuevit, nimiu=rum lectori consulens, ne quid desideraret, si forte non extarent epistole, quibus respondet: aut si tales essent, ut non liberet legere.

### Elegantia.

**I**Am admonere, ut sermonis uitijs caret epistola, tam=etsi hoc in arte sua praecipiunt rhetores, tamē nubi uic=operæ præcium uidetur. Nec enim tam ad rem attinet ad=monere, ne fiat, quām dedocere nostrā etatē quæ pasim id facit. Nihil breuius præcipitur, quām ut sit elegans epi=stola: at nihil maiore negotio disicitur: nec usquam pecca=tur aut turpius, aut frequentius. Hoc uitium intolerabile reddit infelix affectatio. Quid enim tam portentosum, quam oratio, quæ quum munda non sit, tamen ornata ui=deri uelit: & quum sana non sit, tamē formosa uideri ge=fiat, purpurissum ulceribus illinens: ueluti is qui nostra etate maluit dicere, sagio quid portendas, quām, sentio quid tibi uelis. Multa lectione, multis prescriptionibus, accurata scriptorū obseruatione, multo scribēdi, dicēdiq; usu paratur sermonis mūdices. Erit hic igitur primus ac præcipuus labor, si suppetet orationis puritas, atq; etiam ingenij

ingenij sanitas. Artem in epistola non admodum efflagitabimus: sin deicitur yisum etiam mouebit artis affectatio.

### Exercitatio, & Imitatio.

**N**E illud quidem hominum genus errare sinemus, quos ipse non parum multos deprehendi, qui tribus præceptiunculis, cœu magicis uerbis, recte scribēdi facultatem dari posse credat: quorum stultitia utinam olim non obtemperassem. Taliis enim erat is, in cuius gratiam ante annos uigintiquinq; opus hoc deliniaram, non tam ex animo, quam mea facilitate cupiens obsequundare flagitanti: quē mox expertus sum, & ingratum discipulum, & perfidum amicum. Is in principum aulis mediorem ac maiorem etatis partem contriuerat, nisi quod sacerdotijs opinis onustus, iam serò sapere cœpit, & de literis cogitare, quæ marsupiū non consequuntur. Sed huius generis non parum multos comperi, qui simul atq; à prophanis negocijs, & à sordidissimis coaceruande pecuniae curis, ad literas se se appulerint, huiusmodi quasdam compendiarias recte scribendi leges à nobis flagitare solent: quas & ita breues esse uolunt, ut tertian paginam non totum impleant: & ita efficaces, ut intra mensem non totum è muta pecude reddant oratorem eloquentem. Aiunt sibi opus esse omni compendio, propterea quod & sunt ignauissimi, ut quām minimum operæ sumant in rebus honestis, & etatis bonam partem iam alijs in nugis perdiderrunt: postremo quod ad sordida illa negotia redire festinant: literas igitur uelut obiter secum rapere studēt. Hos si ridere libeat, iubebo semel ex Musarū fonticulo bibere, atque in Parnasso somniare, quō repente nobis pro-

deant ex asinis lusciniæ. Ceterum de quibus aliqua bona  
spes effulget, hos admonendos censeo, ne errent. Neque  
enim committam, ut hæ preceptiones, quæ studiosorum  
adolescentium industriae promouendæ paramus, aiorum  
stultitiam augeant. Augerent autem, si quis tantum bis tri-  
bueret, ut citra uariam eruditio[n]em, citra studium uigilan-  
tissimum, citra multum usum ex his sibi facultatem recte  
scribendi polliceretur. Ceterum delicatos illos, & indo-  
ciles senes quibus pluris sunt pecunia, quam literæ: qui-  
bus uacauit tot annis arcas onerare nummis, nec uacauit  
animum onerare honestis disciplinis, in Parnassum, ut di-  
xi, mittamus: ut postquam illuc unam noctem cum Ennio  
sonniarint, magno omnium stupore, subito pro Midis re-  
deant Cicernes. Aut certe legemus illos ad tales prece-  
ptorem, qualem rhetorices doctorem depinxit Lucianus.  
Porro iuvenes industrios, ac meliore mente præditos, ad  
uigilias, & exercitationis assiduitatem bortabimur: quam  
quum in omni re, tum in hac potissimum tenere primas,  
& à grauioribus autoribus dictiuni est, quam ut sit dubi-  
tandus: & sepius repetitum est, quam ut hic sit admo-  
nendum. Neque tamen inficiabor, bonam laboris partem,  
doctoris cōmoditate posse detrahi: quem ut assiduum &  
indefatigatum, ita quam doctissimum esse uolo: ne quod  
precipit, ipse præstare non queat: & iuxta proverbiū,  
Suis suē docere incipiāt. Quod si ob nostrorum tempo-  
rum infelicitatem, non temeret alius contingit, ut exquisita  
doctrina præpolleat, ferendus tamen erit, modo ne sit ex  
borum numero, qui falsa persuasione doctrine turgidi-  
magna (ut inquit Fabius) confidentia, stultitiam suam  
perdo

perdocent: illiteratores, quam ut alios docere possint: elatiiores, quam ut ab alijs doceri se patientur. Cuiusmodi pestes procul ex urbibus deportandas curarent ubique magistratus, si quidem aut partes agnoscerent suas, aut ulla omnino R. cipub. cura tangerentur. Amplissimis salariis alentur tot tibicines ac tubicines: at nemo potius erat amplissimo salario accessendus, quam eruditus ludimagister. Verum hoc salarium nolim esse certum ac perpetuum, ne magnitudo mercedis improbos inuitet, & indoctos, quibus semper minus est frontis, & plus audaciae, quam eruditis. Conueniet salarium arbitrio doctorum, & spectate fidei virorum, pro merito eius, qui asciscitur, prestitui, atq; etiam augeri, minuiri, si is sua doctrina, suaque industria uinceret expectationem de se, aut contra. Alioqui periculum erit, ne usu ueniat, quod in amplissimis sacerdotiis uidemus accidere: quae quo sunt magis opima, hoc ab indignioribus occupantur. Extant apud nos, si Musis placet, etiam uolumina non exigua de conscribendis epistolis, ad unamquaque formam additis aliquot exemplis: sed o Deum immortalem, cuiusmodi. Sed hæc prodigiosa barbaries illi seculo imputanda est, quo prorsus extinctis omnibus bonis literis, impune regnabat inscitia, publice simul ac priuatim, quam grauis & copiosus autor esset. Mammetrectus, opulentum quoddam Copie cornu Catholicon. Iam apud Italos coepserant reuiniscere bona literæ, quam Louani⁹ magno cum applausu legerentur epistole Caroli cuiusdam, qui multis annis moderatus est paedagogium Liliense, quæ nunc nemo dignetur sumere in manus. Apud Hollandos, or-

bis lumen habebatur Engelbertus quidam, qui suis epis-  
tolis nibil aliud docebat pueros, quam incepte scribere.  
At nisi me fallit animi presagium, breui ueniet etas, quam  
nec bis monitis erit opus, nec meis præceptionibus iuuen-  
tus egebit. Sed interim ut mediocriter literatos didasca-  
los industria nostra nonnihil adiuuent, postea quam  
suis tradiderit compendio artis rhetoricae precepta, stu-  
debit illos brevibus, & epistolaribus argumentis frequen-  
ter exercere. In his delectum habebit & curam, ut ex po-  
tissimum proponat, que etati illi amoenitate uelut illece-  
bre blandiantur. In his enim pueri ut libentius, ita & uti-  
lius exercebuntur. Id siet, si uel noua sint, uel faceta, uel  
alioqui puerorum ingenuis affinia. Ea uel è poëtarum fa-  
bulis, uel ab historicis erunt petenda, nisi quid nouae rei,  
ut ferè sit, suggererit uita mortalium. Frequenter enim &  
nostris temporibus eueniunt indigna que nesciat posse  
ritus. Et primi quidem generis sunt amatorie Nasonis,  
in quibus fortasse tutum non sit, rudent etatem exerceri.

Quanquam heroinarum sunt castiores, neque quicquam  
uetat & hoc genus caste uerecundeq; tractari. Veluti si  
procus blandis literis ambiat nuptias puelle. Si Helena  
Paridem ab amore non permisso deterreat. Nam Penelo-  
pes ad Vlyssen epistola tota pudica est: quemadmodum  
& Acontij ad Cydippen. Si uxor marito peregre ceſſan-  
ti scribat, uti domum properet. Si Nestor uir natu gran-  
dis & facundus, hortetur Achillem epistola, ut Briseida  
reptam ab Agamemnone, magno animo ferat: offendens  
regi etiam improbo parentum esse, tum publicum com-  
modum priuato dolori anteponendum: postremo uche-  
menter

menter indignum esse, Achillem uel genere clarissimo, uel  
animo generoso, uel factis egregijs, ob barbare ancille  
amorem uirtutis obliuisci. Vbi simul etiam amoenus se se  
locus aperit, aduersus uoluptatem inhonestam, rursum al-  
ter pro immortalitate gestis eximijs apud posteros parata.  
Si Phœnix eidem scribat, ut cum Agamemnon redeat  
in gratiam, & periclitantibus Græcis subueniat. Aut si  
Antenor Priano suadeat, ne grauetur raptam Helenam  
suo Menelao reddere, uel quia per se iustum sit, uel quia  
stultissimi regis sit, committere, ut ob turpisimum effoca-  
minati iuuenis, & uix uiri Paridi amorem, tot fortissimi  
ubi dimicationem suscipiant: tot populorum fortune, si-  
mul & uita, in extreum discrimen pertrahatur. Aut si  
Agamemnon suadeat Menelao fratri, ut negligat potius  
Helenam, quam ut ob mulierculam uita indignam, tot  
procru mulia in uite periculum adducat, & eam totius  
orbis tumultu repeatat: que etiam si ultro rediret, non  
ejet recipienda. Aut si Linus Herculem duabus conspectis  
deabus, utram potius sequatur hæsitantem, ad uoluptatis  
contemptum, & uirtutem amplectendam extimulet. Aut  
si Menelaus Paridi uiolatum hospitium exprobret. Si Am-  
phion fratrem ad musices studium adhortetur, contra il-  
le ad suum inuitet. In hoc genere pleriq; Græci non infe-  
liciter luscrunt, sed nemo felicius Luciano. Ex his tamen  
diligenda censco, que non omnino sint ociosa, sed habeat  
aliquid ad uitam communem conducibile. Otiosa sunt illæ  
Luciani, de Ioue cerebro pregnanti, & implorante secu-  
rim Vulcani. De Neptuno per Mercurium non admisso,  
cum recens Iupiter peperisset è cerebro Palladæm. Nam

huius generis que sunt, ut sunt amœna, & ingenij felici-  
 tatem arguunt, ita non multum faciunt ad uitam commu-  
 nem. Huc proprius conducunt, quæ è comicorum argu-  
 mentis ducuntur. Quod genus fuerit: si Phœdrie sodalis  
 illi scribat, ut Thaidis amoreni penitus excusat ex ani-  
 mo, ac pristine sue seueritatis memor, ineptire desinat:  
 præsertim cum magno fane, reiq; dissipatio sit aenda,  
 que nec amet ex animo, nec uni sui copiam faciat. Si quis  
 dimiti illi Plautino suadeat, ut Euclionem pauperem pro-  
 bum, potius quam dimité illum procum asciscat generum:  
 aut contrà, dimiti potius collocet filiam, quam pauperi. Si  
 Demea fratrem ad suum uitæ institutum uocet, hoc est, ab  
 urbana uita, ad rusticam: à coelibatu, ad matrimonium:  
 ab indulgenti liberorum educatione, ad seueriorem. Si è  
 diuerso Mitio Demean, ad suum uitæ genus abortetur.  
 Et hæc quidem pueris gratiora. At illa que ab historio-  
 graphis sumuntur, proprius etiam ad uerum accedit, eoq;  
 plus frugis adserunt, nec ita multo minus iucunditatis. Ve-  
 luti si Horatius iam capitis damnatus patris o pem implo-  
 ret, suamq; fortunam tam repente mutatam deploret. Si  
 Cicero Milonem, ut forti animo ferat exilium, hortetur.  
 Si quis Catonem à literis Græcis, quas iam senex appete-  
 bat, deterreat. Si quis Ciceroni secū deliberanti, an mor-  
 tem sibi consciscat: an fuga saluti consulere properet: an  
 exustis Philippicis, uitam ab Antonio redimat: quodlibet  
 horum trium, uel suadere, uel dissuadere conetur. Si quis  
 Qu. Curtio gratuletur, tam fortem ac pium animum, qui  
 priuationem salutem posthabuerit sue cinitatis incolu-  
 tati. Si quis Delphicis sacerdotibus suadeat, ut Phœ-  
 ridis

ridi tuorum recipient. Si quis Lucretiam uī constuprata  
 tam, à voluntaria morte reuocet. Si Ionathas Saulis filius,  
 David amicum regis metu latitantem, uagantemq; conso-  
 letur, ut promisi diuinitus imperij expectatione mentem  
 in rebus tam afflictis fulciat. Si Plato Dionysium regem ad  
 philosophie studium adhortetur. Rursum si alias quispiam  
 debortetur. Si Respub. Romana Camilli exulis uirtutem,  
 aduersus Gallos extrema molientes, imploret. Si Aristoteles  
 Calisbeni ad Alexandrum Magnum proficiunti  
 rationem prescribat, qua debeat regis consuetudine uti,  
 docens cum regibus aut quam rarissime loquendum, aut  
 quam iucundissime: quò uel silentio tutior sit, uel sermo-  
 ne gravior. Si Calisbenes Aristoteli respondeat, consi-  
 lium futurum fuisse philosopho dignius, si potius autor  
 fuisset non proficiendi in eiusmodi principis aulam, in  
 qua philosopho uel serviliter esset tacendum, uel turpiter  
 adulandum: sibi magis curæ fore, que sint honesta, quam  
 que utilia aut tua. Si Alcibiades Socrati suadeat, ut uxori  
 rem rixosam ac procacem domo exigat. Aut si Callicratides,  
 ut omisso philosophiae perenni studio, ad mores cō-  
 munes, & Reip. administrationem sc̄e conseruat. Si Crito  
 eidem suadeat, ut elapsus ē carcere, uite sue consultat.  
 Huiusmodi copiosissimam uim Valerius Maximus, alijs  
 scriptores, qui res memorabiles, ex historicorum libris  
 decerpserunt, citra uestigandi tedium suggerent. Quin  
 ex una quapiā historia, uelut ē uita Catonis, aut Antonij,  
 aut Iulij Cæsaris, plurima themata duci possunt. Quare  
 nos rem & infinitam, & cuius promptam non prosegue-  
 mur plurimis herbis. In hoc genere uarie, diligenterq;  
 connue

conuenit exerceri iuuentutē: quod prater styli fructum,  
uetustas ac memorabiles historias, hac ratione uelut a=liud agentes imbibent, ac penitus infigent memoriae: ho=minum & locorū nonnullis assuefecit: ad hęc decori uim & probitatis naturam, precipuas orationis virtutes ita potissimum cognoscunt. Quare doctioris erunt partes, prius quam epistole formam proponat, rem gestam, unde necesse erit repetitam, & quemadmodum conueniet, ac curatiſime pueris exponere, indicatis & temporum mo=mentis, & personarum proprietatibus, reliquisq; circumſtantijs: ne aut aberrent à decoro scribentes, aut parum consentanea dicant. Denique ut sint parati fontes, unde ducant uel argumenta, uel argumentorum confirmatio=nēs: quam ad rem non uulgariter adiuuat circumſtantia=rum cognitio. Tum locos aliquot indicabit, ubi ea tra=cientur apud autores, ut ipsi uerborum ac sententiarum nimi inde uel colligant, uel intentur, ex alijs similia con=iectantes. Iam qualia argumenta suppeditant historias, ta=lia licebit & configere, cuiusmodi pleraque sunt dedica=toria, ueluti Luciani de medico abdicato: & Auli Gel=lij de puerpera, cui suadet Favonius, ut proprio lacte nutriat infantulum, de quo genere mox nonnihil attin=gemus. Sed est & illud breuius, ac puerorum ingenijs appositius exercitationis genus, uarios locos communes, aut excogitatos, aut ab autoribus traditos, arte tracta=re. Hi sere sumuntur uel ab apophthegmatiſ veterum ce=lebratis, uel à Proverbijs, uel ab apologijs, uel à simili=bus, ac metaphoris. Siquidem ex horum unoquolibet potest argumentum epistole compingi. De apophthe=gnate

gmate sit hoc exemplū: Socrates bibiturus cicutam, uxori  
 Xanthippę uociferanti, quōd innocens eſſet moriturus:  
 Quid aſſ, inquit, mulier, num me malles nocentem moriſ  
 Id ualebit in epistola consolatoria. Si unuſ quipplum eſſes  
 de turba uulgi, merito grauiter ferres exilium, quod longe  
 aliter pro merito contigit: ſed quoniam ſcio te uirum  
 cordatum, ac philoſophie quoq; preceptis non uulgaria-  
 ter iuſtitutum, hoc ipſo leniter ferre debes fortunā tuam,  
 quōd indigno obtigit. Ea demum grauis & acerba eſt  
 calamitas, que accidit commerito. Nunc iſta fortuna  
 procella, quid aliud, quam integritym tuam, ac in Rem-  
 pub. merita illuſtrat? Sub hęc narrabitur apte, quod mo-  
 do retuli de Socrate. Pronerbij exemplum eſto: Si me au-  
 dies, deſines cum tam multis coniugatis contendere. Nec  
 tu Hercules es, nec res iſta uirtute geritur. Et tamen ſi  
 prouerbio credimus, ne Hercules quidem aduersus duos,  
 & tu cum tot cancris, cum tot hydris congredieris unius  
 Apologi exemplum erit: Siquem admonebimus, ne per-  
 riculoſo negotio ſe temere admittat, niſi prius perpenſa-  
 ratione, qua confici poſſit, quod iuſtituit, adhibebit apo-  
 logum de capro, quem ſiti periclitantem uulpes pertra-  
 uit in puteum, unde poſtea non dabatur exitus. Item ſi  
 quis admonebit amicum, ne pendeat ex officio quorundam,  
 qui magnifice polliccantur, ſed ipſe coram ſuunt  
 agat negotium, eleganter accommodabit fabulam au-  
 cule caſſite, quam in Noctibus ſuis refert Aulus Gellius.  
 Parabole uero ſit hoc exemplum: Si quem admone-  
 bimus, ne pertendat obſtinate, quod per ſe quidem opti-  
 mum eſſe iudicat, ſed preſentibus rebus ſenit accommodo-  
 det

det, similitudinem adhibebimus de prudente nauclero, qui non semper eò dirigit clavis, quò recto cursu cuperet ire, sed frequenter obsequundat eis, frequenter uetus: ac uelis flexis, eū portū petit, non quo cursum instituerat, sed quē præsens tēpestas cōcedit. Hæc mihi uidetur aliquanto plus cōducere ad parandā orationis facultatē, quam quedam, quæ in suis progymnasmatis tradit Aphthonius. Ceterū quod de apologis diximus, idem habebit locū in poētarum fabulis, ad scribam rem uel confictis, uel detortis. Velluti si quem à negotio maiore, quam ut ipsius uiribūs cōueniat, deterrere pares, leari, aut Phætontis casum accōmodes. Si quem à studio congerendæ pecuniae reuocare studeas, in tempore adhibetur Tantali fabula. In huiusmodi thematis preludat etas illa rudit, ut, quod diligenter admonet Fabius, teneræ adhuc mentes, ueluti sub nutribibus mollius alantur, & uberiore quodā incundioris disciplinæ cibo lacteis; saginentur. Ceterum adultiores iam, ad materias uero proximas paulatim sunt adducendi. Eas preceptor uel aliunde sumptus proponet, uel ipse commissetur, ex omni genere causarum uarias, maximeq; secundas. Alioqui fiet, ut pueri nihil aliud discant, quam inepte scribere: si, quēadmodū in plerisq; ludis fit, literator indoctus probemate proponet fruolū stulti capitī somniū, in quo neq; sit illa sentētia, neq; quicquā cohereat, ne sermonis quidē illa gratia. Porro in castigando tantū notantur insignes solœcismi: ueluti si deprebendat, admoneo uobis, pro admoneo uos, quū alia que dispernuntur, magis etiam ad rem faciant. Nam ista uitia uel tuisu dediscuntur. Illa neglecta harent in omni usq; uitam.

Quomodo

## Quomodo proponenda materia,

**A**T doctor nec absolute pertractatam materiam proponet, ne nibil relinquatur inuentioni puerorum: neq; nudam tamen, uerum circumstantijs aliquot circumscripatam, ut assuecant, uelut ad certum scopum dirigere sagittas, & ex his sententias, argumenta, & argumentorum probationes, amplificationes, aliasq; figuræ communi nisi. Veluti si quis suadeat puerperæ, ut suo lacte alat quod peperit: addat, pueroram esse puellam, puerum elegantem, ac patri similitudinem. Quanquam uix aliud argumentum reperies, quod alienius sit à circumstantijs. D. Hieronymus in epistola, qua matri reconciliat filiam (nam ipse propemodum fatetur, hoc argumentum ab se scholastico lusu confictum) non nude proponit, filiam indecorè diuulsam à matre: addit matrem uiduam, filiam uirginem, cui frater esset monachus: filiam adolescentulam, corpore uegeto, relicta matre, contempto fratre, in monachi ciuisdā nulla propinquitate coniuncti, formosuli & adolescentis, domesticum contubernium concessisse, cum hoc cōiunctissime uiuere: uel aliud incusare, quam maternorum morum difficultatem: cognatos suspectum coniuctum grauiter ferre, fratrem in primis, nec tamen adduci puelan, ut cum matre redeat in gratiam: fratrem contemptum, ordine rem omnem Hieronymo denarrasse. qui sic proposuit, non' ne eadem opera multam orationis supellectilem suppeditauit? Ad hanc imaginem multa licebit configere. Quod genus sit: Lucius & Antonius utrique adolescentes, sed alter mediocri fortuna, alter beatissimis parentibus natus, à primis annis sese non secus ac fratres

fratres amarāt. In lassibus, in conniuījs, in compotatiōnibus, in amoribus, alijsq; voluptatibus, & uitij, quibus ea sc̄rē laborat etas, uterq; alterum & conscientiam habuit, & sodalem. Natūrā maior Lucius, re male profigata, & infamiae iam prouulgata, & amoris infelicitis tedium, clām patrīa profugit: Luctat, forte fortuna, quendam amicum paternum nactus, ab eoq; excitatus, simul & adiutus, bonas literas non minus ardere cœpit, quam antea sc̄ortorum amoribus effluauerat. Hic Antonio sodali Brugis relicto scribens, & sibi de mutato feliciter animo gratulatur, & ueterem sodalem à perdita uita ad literarum studium pertrahere conatur. Sit hæc propositio totius argumēti, non sine circumstantijs. Mox ostendet argumenti genus, quod est suasorium. Deinde demonstratis partibus, que solent in hoc genus incidere communiter, quæq; traduntur ab artis rhetorice scriptoribus, quæ sint huic themati peculiares, indicabit. Admonet totius epistole caput in hoc esse, ut corruptæ illius uitæ turpitudinem, infamiam, pericula, incommoda diligenter enumeret, atrociter exagget, dilucide subiijciat oculis Lucius. Tum innoxie uitæ, & honestorum studiorum commoda, cum amplificatione recenseat: quantopere hominem deceant: quam ad beatuendum conducant: quantum item ornamenti, quantum solatiij in utraq; fortuna præstent: quam sole nominis immortalitatem, ac nunquam intermoriturum honestæ famæ decus largiantur. Deinde per collationē doccat has ueritas & solas esse opes: in his uera esse uitæ oblectamenta: ex his ueros honores proficiisci. Et hæc erunt futurae epistole, ceu liniamenta quedā, ueluti carbone denotata. Addet deinde

deinde ad unanquaque partem diuitem supellecilem, rationum, confirmationum, similium, exemplorum, sententiarum. Ostendet qua parte possint cōmode succurrere loci communis, & quomodo tractari. Siquidē hic locus communis esse potest: Peregrinatione corrigi saepenumero, quos patriæ delitiae corrumpunt. Alter: Nihil homini felicius accidere posse, quam fidum & amicum consilium. Deinde exordiēdi rationes aliquot aperiet: Iucundissimi coniunctus memoriā, cum uoluptate renouabit. Dicet suam charitatem ob intermissam uitæ consuetudinē neutriquam refrixisse erga ueterem sodalem, uerum id optare se uotis ardentissimus, ut ea charitas quæ puerilibus auspicijs, & ineptis uoluptatibus alita fuisset, quòd uerior ac diuturnior esse posset, adamantinis uinculis astringatur. Id futurum, si quam in stultis uoluptatibus habuiissent societatem, & coniunctionem animorum, eam in honestis studijs obtinerent. Et hic statim incidit locus communis, de uera falso, de firma & infirma amicitia. Negabit se satis sibi etiam felicem uideri, quod ab illa insania resipuerit, quod honestissimus disciplinis, pro turpisissimis delitijs fruatur, nisi & alteram sui partem, è similibus malis exceptam, sue felicitatis participē uiderit. Nec id difficile futurū: si quidem ille sodalem his auribus audiat, de cōmuni salute disserentem, quibus saepenumero audiret de suis flagitijs pueriliter garrilem. Rem agi neq; leueni, neq; summis auribus hauriendā, sed in intima pectoris penitus demittendā. Et huiusmodi quidem exordiendi ratio poterit indicari. Quod si quid erit cause, cur malit obliquo ductu uti, finget se nihil dubitare, quin ille quoque totus sit immutatus:

atq; illi ueluti ad meliorem frugem immutato pro suo in illum amore gratuletur, prædicans ab eo fieri, quicquid ab eo fieri uellet. Tum suasionis ingressus quidam, ac ueluti transitus ostendetur. Negabit Lucius Antonium suum mirari oportere, si que nuae scribit, logissime à pristina uita dissideant: ino si frequenter in falsis bonis, uerisq; malis sodali gratulatus est errans erranti, nunc demum iustissimam esse gratulandi causam, qui stultissimas, ac pestiferas uoluptates, cum felicissimo studiorum amore permutterit. Deinde tanquam diuisione proponet, se duo quædam in ea epistola conari: alterū, ut prorsus illi persuadeat, quanta sit ipsi gratulandi causa, id est, quantum effugerit malorum, & quid felicitatis sit assequutus. Alterum utriusque interesse, ut Antonius, abiectis nugamentis, quibus iam nimium etatis datum sit, ad eadem studia totum se conuertat, & ipse saluus, Perithoum suum tanquam ab inferis reuocatum, conspicetur. Id erit uelut argumentationi uestibulum. Sub hac propositiones indiscabit argumentationum, cœu bases totius negotij. Quærum ex cogitatio, ut longe omnium difficilima est, ita cum primis necessaria: adeò, ut nisi his repertis, reliqua futura sint ociosæ. Et non aliud est quod minus arte praescribi possit. Qua de re peculiaria quædam tradidit Fabius Quintilianus, proposita controversia Thebanorum ac Thessalorum: & nos in commentarijs de copia, rem, si non erudite, certe crasse explicamus. Huic igitur argumento huiusmodi propositiones generales constituere licebit. Liberalibus studijs nihil esse pulchrius: Ea sumuntur ab honesto. Nihil gloriosius: Ea sumuntur à laudabili,  
quod

quod natura quidem ab honesto separatum non est, sed persuadendi causa separatum tractatur. Nihil suauius: Ea sumitur à iucundo: Prima quæ generalis est, huiusmodi secundariæ subservient. Maxime secundū hominis natūram esse scire, eoq; nec hominis uocabulum mereri, qui literas nesciant. Proinde si literæ nihil adferrent momenti ad famam honestam, nihil ad uitæ iucunditatem, nihil ad opes aut dignitates parandas: tamen propter se se expetendas. Altera fuerit, Ad perfectam uirtutem, solas literas esse duces, ac ueluti paedagogas. Cuius ut semina proficiuntur à natura, ita à literis petitur absolutio. Ab his prestari cognitionem rerum expetendarum, ac fugiendarum: has mederi morbis animorum, trāquillare mentes mortaliū. Ab his compesci sequundis in rebus insolētian: ab ijsdem peti lenimē ac robur in rebus afflictis. In priore propositione cōfirmanda adhibebitur argumēti uice, quod pueri quoq; natura gaudemus, si proposito enigmate sensum coniecimus, aut si quid nouæ rei discere contigit. Contrā falli moleste ferimus. A philosophis ceu propriæ notam tribui rationalēm esse: at hec non in illum cōperit, qui nihil ratiocinatur, sed pecudum more sensibus & usu duciatur: Esse uero, qui negent hominem à reliquis animantibus differre rationis specie, sed gradibus dūtaxat: ita fieri posse, ut paulatim adiectis inscitiae stultitiaeq; incremētis, homo deducatur usque ad pecudem. In hoc natura finxit hominem erectum, & inseuit cognoscendi studium, ut in rebus à Deo conditis philosopharetur: simulq; & Deum omnium opificem, & seipsum, & reliquam huius mundi machinam contemplaretur. Ad hec locupletanda poterunt

runt adhiberi, que poëtae, Platonici, reliquiq; scriptores, de bonis conditio ne prodiderunt. De luce Promethei simulachro, cui igniculus ille cœlestis inditus singitur: de luto quod Deus summus ille figulus, afflato suo animauit: de particula divinitatis, iuxta quosdā corporibus huma- nis addita. Quidā enim arbitrati sunt animam nihil aliud esse, quam scintillam ex igni, aut radiolum ē luce illa divi- na. De mentibus ē stellis petitis, aut certe ē thesauro Dei. Huc pertinebit illud Platonis fragmentum de animabus in terram delapsis, quibus hic scire nihil est aliud, quam eis per somnium reminisci eorum, que quandam libere cor- poribus viderunt apud Iouem. Hæc, aliaq; multa, diuini- tatem quandam animi declarant. Declarat & illud, quod unus animus exiguo corpusculo inclusus, tot, tam uarias ac difficiles disciplinas intellectu complectitur, memoria retinet. Id prodigiosum uidebitur, si quis perpendat, quot hominum ac rerum vocabula tenet, qui unam modo linguam didicit: quanto prodigiosius, quod Mithridates unam & uiginti linguas calluit! Et hæc est minima por- tiuncula mentis humanae. Addendum his quod Plato ne- gauit, corpus ad hominis naturam pertinere: nihil enim aliud esse, quam instrumentum, donum cibum, aut uicium animi: animum esse totum hoc, quod hominem nomi- namus. Item illud quod dixit Seneca, ni fallor: Vita sine li- teris mors est, & uiui hominis sepultura. Quid minus est homo, quam hominis cadaver? Nam enim corpus, non cor- pus est, sed sepulchrum: animum etiam ipsum à nativo uigore cohibens: & hinc philosophi & dictum pus- tant, quasi siquaque hoc est, sepulchrum. Nec aliò spectat quod

quod Plato scripsit, philosophiam nihil aliud esse, quam mortis meditationem: Nam si abduci à corpore, dicitur animæ mori: Et philosophia abducit animū à rebus corporeis et crassis, ad res æternas et intelligibiles: iam incipit animus uiuere, quum ab hoc sepulchro emicat. Ex historia sumi potest, quod Diogenes ac censa in meridie lucerna rogatus quid ageret, respoudit se hominem querere. Rursus aduocata concione populi hac uoce: Audite homines, audite homines. Quum iam satis magna multitudo congregata, rogaret, quid uellet dicere. respondit se se homines aduocasse, non illos qui nihil haberent hominis. Adhiberi poterat et illud Minim cuiusdam dictum de homine crasso et indocto: Nullus, magnus, malus, pescis. Nullum appellabat nullius pretij, nihiliquam: magnū, onustum obeso corpore, atque abdomine pigrum: malum, nulla uirtute praeditum: pescem, infantem et clinguem. Huc refiri potest, quod uulgò quoque iactatis prouerbijs stupidis et indoctis adimūt hominis uocabulum. Quid enim aliud sibi uult, quod stupidum et indoctum appellant statuam, ueluti figuram duntaxat hominus, non honunem? Item, Asinum ad lyram, suum: Suem Bœoticū, asinum Antronium, nihil disjunctilem elephanto: ouem, belluam, pecudem, fumugum, stipitem, caudicem, plumbum, somnium hominis, monstrum hominis. Adhibebitur et parabola: Ut auena uitio soli in lolium degenerans: ut triticum salsili de causa degenerans in siliginem, nomen sui generis amittit: ita homo pecus esse incipit, si neglectis honestis studijs, uenbris tantum et inguinis curam agere coepit. Rursum alia: Et sicut materia sculpendo simulachro habilis,

tamen signum non dicetur, nisi forma artificis industria accesserit: ita nativitas nō facit hominem, sed humanæ naturæ capacem. Quod nascitur, cœu ruditus quedam materia est: institutio formâ inducit. Tertia fuerit: ut maxime sequendum naturam est, surculum insitum, eius arboris referre saporem, unde deceptus est: ita nō oportet animum hominis cuius est origo cœlestis, à suo genere degenerare. Et ut natum est igni nostro sursum niti: trahitur enim ui genuina ad fonte originis: ita hominis ingenium, quanquam est bis uaporibus corporeis immersum, tamen principijs non potest obliuisci. Ursus alia similitudo: Ut ursus non esset ursus, si mens hominis sub ursi figura lataret: quemadmodum nec Apuleius vere asinus erat, quem incolumi mente formant asini circumferret: ita nec homo diceretur, si mens pecudis humanam animaret figuram. Item si statua figuram hominis per omnia representans, quales ferū fuisse Dædali, non statim homo dicetur, quod mente uacet: nimurum figura non facit hominē, sed scienza. Hinc est quod poëtæ ueteres, nimurum homines prudenterissimi, fabulis non ociosis prodiderant: hos, quibus nulla colendi ingenij cura fuisset, sed pecunis uoluptatis sese totos dedidissent, in ferarū naturam abijisse. Contraria, qui sapientia ceteris precelluissent, eos ut diis genitos, in deorum consortium à morte reuerti. Et demones, quos illi deos inferiores existimat, autumant dictos, quasi dñe uovas, hoc est, doctos, aut scientes. Et Horatius imperitum hominem appellat corpus sine pectore. Huiusmodi supellestilis uariam copiā pueris suppeditabit præceptor. Nam mihi interim satis est rationem ijs, qui docent, indicasse

esse. Et quod nos in una propositione locupletanda ten=tauius, id ille faciet in singulis: & in harum unaquaque parte, si quid erit tractabile: non ut omnes pueri reddant omnia, sed ut ex multis suo quisq; ingenio cōsentanea raspiat: & ex his quae traditis sunt, similia consuecat affi=gere. Sed iam nunc quosdā ex audire uideor, praeceptiū=culis meis obstrepentes. Hui, inquit, ne tu dura mones,  
 & negotiū plena: tum autem puerorum animis, atque in=genijs maturā. At ego iam ab initio non asinum, sed prae=ceptorem mibi requirebā, nec incruditum, nec laboris fu=gitantem. Nam si indoctus est, qua fronte doctoris nomē,  
 ac locum occupat? Si ignarus, cur negotium tam ope=rosum suscipit? Hec est literatoris professio: hæc fabula  
 quam agendam suscepit. Nemo uinetum colendum susci=pit, nisi statim animum suum ad inexhausti, & ut inquit  
 Vergilius, in orbem redeuntis laboris circulum prepa=ret. Pueri uero quid possunt audire uel iucundius, uel  
 utilius? Ab his exercitamentis prodibunt, qui facundie con=cionentur in templo: qui prudenti eloquentia moderen=tur senatum: qui cum laude obeat publicis de rebus lega=tiones: deniq; qui quavis in re, & iudicio ualcat, & oras=tione. At ista, inquit, nondum illis annis sapiunt. Vestro  
 sanè uitio, à quibus honorū antorum loco, modos signifi=cādi, & id genus glossmata, nō minus stolidā quam pro=lixā didicerūt. At antiquitus pueri à nutribus in ludum  
 nūbi, statim ab optimis autoribus, literarum studium au=spicabantur, neq; detinebantur decem annis in dediſcen=tib; nænijs. Liceat quæſo, per nos, ò molesti, uel adolescen=tibus discere, quod uos pueros docere debueratis: finite

ut prima statim etate hauriat, quod semper meminisse sit pulchrum. Imbibat testula reces succum purissimum, quem diu resipiat. Discant ista in promptu habere, & in uarios usus, ut res hortabitur, accommodare. Quid enim docendo agitur, nisi ne semper sint docendi iuuenes? Quibus si quando optima traditurus es, quirea non statim tradis? si nunquam, quid doces? An hoc agitur, ut tu semper docas, illi semper sint docendi? Ne pigeat bonum virum, ac de Repub. gratia benemereti cupientem, huius operae, discentibus quidem necessariae, ceterum nec ipsis qui docent, steriles & infragiſſere. Ergo postea quam totius operis, ad hunc modum imaginē quandam, ac sylvā submisstrauerit, affectus deniq; & epilogum ostenderit: tum indicabit idem argumentum alia quoq; ratione tractari posse. Quod genus sit, ne à proposito recedamus exemplo: Si docebit omnē literarum commendationem tractari posse per comparationem, itidē & inscitiae uituperationem. Huius generis hęc erit propositio: Inter omnes res quae mortales tantopere mirantur, ac per fas nefasq; sequuntur, nihil est quod cum cruditione sit conferendum. Nam honores istos, in quibus ambitio mortalium finem boni constituit, multo periculo peti, maiori possideri, ne honores quidem ueros esse: quippe qui pessimo cuiq; sæpen numero contingere soleat, nec esse perpetuos, etiam si ueri sint: atq; adeò nō perennes, ut ne diurni quidē sint: quippe quos fortunae teneritas, ut interdum in querib; obiicit, ita frequenter inopinatō tollit. Contrà literas in otio parari, summa tranquillitate possideri, non nisi sua cuiq; industria contingere, ueram & immortalem parare gloriam.

Et hic

Et hic primus differendi campus, multis locis cōmuni bus  
undiq; amoēnus est: multa exēplorum, similiūq; uarieta-  
te sōcundus. Deinde aperiendus alter: Bonam mortalium  
partem, surum, argētū, gēmas, & alias hoc genus opes,  
per saxa, per ignes, magno capitīs & uitē periculo per-  
sequi, quām ista sint aliena bona: quippe quā & ociosis  
obueniant, & à cēca fortuna pafim ut dantur indi-  
gnis, sic etiam dignis adimantur. Proinde extra hominem  
esse, nec in hominis potestate: quippe quā infinitis casib⁹  
intereant, ueluti naufragio, incendio, bello, furtō, carie,  
situ: quorum si nibil accidat, certe usu consumi. Quod si  
non utaris, nibil habere pulchri quāobrem sint expeten-  
de. Ad hæc ut affatim contingent, tamen non explere  
mentem hominis, sed tantum irritare miseram cupiditi-  
tem. Postremo nec animi, nec corporis morbo mederi  
posse, sed potius utriq; hominis parti malorum omnium  
seminaria suggestere: & adeò per se nō esse honestas, ut à  
uirtute uel in primis auocent: benignitate exbauriri, par-  
simonia putrefacere: magno sudore congeri, maiore cura  
congestas seruari, maximo dolore diu seruatas amitti. In  
literis contrā hæc omnia. Nam alteram cōtentio nis par-  
tem omitto: partim ne sim aequo longior, partim ut ali-  
quid aliorū inuentioni reliquum faciam. Atq; hic sequun-  
dus porrigitur campus, latissime patens & uarius, nec  
in amoēnus. Tum tertio loco proponet: Forme dotem ple-  
risq; magnum quiddam uideri, & omnibus uotis expeten-  
dum: uerum hanc nemini sua cum laude contingere, ut  
neq; culpa negari. Ab ijs enim quā nobis adsunt à natu-  
ra, neq; laude mercenur, neq; reprehensionem: neq; etiam

num sciri, si bona cōtingat: utrū ab irata natura, an pro-  
pitia detur: propterea quod multis eximis species corpo-  
ris perniciē attulit, & ipsis qui possident, & ijs qui spe-  
ciant. Nam possessori quid adfert forme uenustas, preter  
solicitudinē, metum, suspicionē,rumorem parum sequun-  
dam, materiam peccandi, libidinis sonitem, & copiam?  
**Q**uod si hac præditus, pudicus esse cupiet, hoc ipso miser  
est, quod formosus. Multas enim pellicit in perniciem, so-  
licitatur ab innumeris: atq; hinc est quod legimus quo-  
dam sibi facie cicatricibus defœdasse, quod sentirent alios  
sua forma periclitari. Sin impudicus est qui forma precel-  
lit, quid tandem debet suo bono, nisi ut facilius perditusq;  
pereat? Itaq; sua forma neminem pudicum delectari: die-  
nam qui amet libidinosum esse. Tum ut hoc magnum sit  
bonum, tamen corporis esse tantum, fluxum, caducum, &  
adecò non perpetuum, ut vel febricula, vel macie, vel alio  
quouis casu, subito marcescat, certe etatis progressu de-  
fiorescere, certe morte perire. Diversa in literis, hoc est,  
animi bonis omnia. Vides & hic aperiri capum mire fac-  
cundum, si quis conetur hanc partem omnibus suis nume-  
ris tractare. **Q**uarto loco proponet, Nō paucos mortaliū  
corporis uoluptates, uti præcipiuū quoddā uitæ bonū mi-  
re complecti: uerum istas insanias esse, falsò iucundas, non  
uoluptates, nec aliud quam risum, ut aiunt, Sardonium.  
**Q**uarum enim ei uoluptatis bonum tribuas, qui sui sensu ca-  
ret? Ad hec obscenas esse, belluinas, ac præsus homine in-  
dignas, quæ nos in sebas trânsferat. Tum insyncretas, mul-  
to plus aloës habere, quam mellis: magno constare, & rei  
& fame dispendio, quibus admixtum sit fastidium, comes  
paenitudo

pernitudo: m. dorum omnium esca, laudis ac virtutis ini-  
 micas: infidas his à quibus adamantur, quos tandem defea-  
 runt, etiam si non deserantur ipse. Exhaurire loculos, of-  
 fuscare famam, corporis ualitudinē alterere, ebibere suc-  
 cum uitalem, accelerare senium, morborū omne genus ad-  
 ducre, sui iustissimas ultrices: deniq; totum hominem in  
 Tartara demergere. At longe feliciores oblectationes ex  
 honestis studijs colligiunt: tanto nimis meliores, quanto cor-  
 pori præstat animus, & homo bellus antecellit: tanto ho-  
 nestiores, quanto virtutis decus turpitudinē superat. Fe-  
 liciter parati, felicius possideri, quæ nos nobis nō tripiat,  
 sed restituat: quæ nos non ex hominibus in feras, sed ex  
 hominibus in deos transformat. Ad hæc synceras esse,  
 nullo fermento uitiatas: quæ omnem animū, si qua resedit,  
 amaritudinem edulcent: quæ reguſtando fruēdoq; dulce-  
 scant: quæ liuorem nesciant, hōc suauiores, quò cum plus-  
 ribus communes, quæ nos ad extreum usq; rogum non  
 deserant: quæ annis quibus omnia deteruntur & obsole-  
 scunt, efflorescant: nauſcam, satietatem, ac penitudinem  
 nesciant: quæ præstant, ut non uni aut alteri, sed omni sex-  
 cui, omni etati simus incundi: quæ præstant, ut ipsi nobis  
 etiam uoluptati simus: quæ faciunt, ut senectus etiam mo-  
 leſtia careat: quæ nos in omnem regionem, in omnem for-  
 tunā comitantur. Deniq; quæ delectant eam hominis par-  
 tem, qua uere sumus homines. Sed parcam hæc longius  
 persequi. Neq; enim hæc sunt omnia, & innumerā sunt,  
 quibus hæc locupletari possent. neq; nos aliud in præsen-  
 tia, quam uiam indicamus. Poterat hoc genus & alio co-  
 lone tractari: uidelicet ut literas alijs bonorum generibus  
     ante

anteponamus. Praeclarares opulentia, ad quam mortales infatigabili studio contendunt: quanto par est acrioribus studijs eniti ad honestas literas, quibus ditescit animus. Et in hunc modū de cæteris partibus quas proposui, aut alijs his similibus: cuiusmodi sunt iuuentus, uires, nobilitas, & si quid aliud sit, in hominum uita uel blementer expetitum. Quin & per fictionem tractari poterant. Eruditio nē esse rem per se præclarā ac magnificā, adeò, ut si nihil etiam adserat emolumenti in hac uita, tamen sua ipsius causa sit expetēda: quod attigimus in initio. Quis enim non optet perfectam omniam rerum cognitionē, etiam si nunquam esset uicturus inter homines? Nunc instruēta sunt ad iuandam Remp. ac priuatim amicos, ut etiā si citra doctrinam ipsi possemus feliciter uiuere, tamē quoniā uir bonus nō solum sibi nascitur, uel in hoc cōparanda sit eruditio, ut alijs possimus esse subsidio. Verum in epistola seria nostrā hāc partes nimium extare. id quod etiam in orationibus nonnunquam expedit disimulare. Sed oportebit alia quadam epistolari facie obduci, nonnunquam data opera perturbari: sed tamen hic ordo profuerit animo, magnam rerū ac uerborū uim cōgerenti: ex quibus licet optima feligere, si locus postulabit breuitatē. Ita fiet, ut non sit ieiuna breuitas. In hoc argumēto poterit & illud admoneiri, blandiorem oportere fungi epistolam, quam adolescenti, congerro congerroni, amans scribit amanti. Tum quod qui suadet, inde sibi plusculū fidei conciliabit, quod suum errorē simpliciter agnoscat ac damnet: & ueterum uoluptatū memoriam ita refricabit, ut declareret animū etiam à cōmemoratiōne abhorrente. Ab estate sumet occasi

occasionem : quæ si grandior est, dicet conuenire, ut plus sapiat, qui uincat annis. Absurdū fore, si qui dux buius instituti debuerat esse, nunc recuset esse comes: sin minor, dicet nullam etatem magis idoneam disciplinis : propterea quod sanguine calente, magis ingenio uigeat, quodq; tenacius herent, quæ primis annis hauriuntur. Hoc magis esse properandū, ne pars eius optima frustra effluat. & forma item: quæ si præstans est, dicet minime cōuenire, ut informoso corpore, animus inhabitet deformis: sin minus, dicet hoc magis excolendum bonis studijs animum, ut cum corporis forma paria fiant. A genere: quod si fingitur ille lustre, dicet olim nullos magis incubuisse liberalibus studijs, quam claro genere prognatos. In alijs aut latere, aut negligi doctrinam, fortunæq; sordibus obscurari : in benenatus habere suū decus. Tum obscuri hominis literas fortunæ administricalis destitutas, per paucis esse præsidio: nobiles, quoniam ferè ad ciuiles magistratus, aut ecclesiasticas dignitates uocentur, maximā adferre perniciem, si ad transiit R. empib. citra doctrinam accedat: si contraria, maximam adferre publicè simul ac priuatim utilitatem. Sin obscuro genere fuerit, excitandus est, ut sibi suis ipsius præstudijs pariat nobilitatem, non paudo ueriorem, quam qua uulgo tument claris orti natalibus. Ab opibus: Si rem familiarem habebit amplam, demonstrabit illi tanto magis erit endū ad honesta studia, ne quum fortuna cetera suppeditarit, ipse sibi defuisse videatur: magnū adiumentum ad consequendas liberales disciplinas esse diuitias: sed has tum demum esse splendidias, ac salutares, si possessor his norit uti, atque hoc præstare doctrinam. Alios plerosque felici

*felicibus quidem in genijs præditos, sed ob rei familiaris angustiam, frustra consecutari liberalia studia: ipsi ob rem amplissimam nec ocium, nec librorum uim defuturam, & optimi cuiusque preceptoris futuram copiam. Sin erit tenui fortuna, tanto enixius oportet incumbere parandis literis, quæ & rem, & famam pariunt, sed insignes. Nam diuitibus satis est, uel infra mediocritatem esse doctos. Hæc quidem à nobis fusijs ac loquacius dicta sunt, uerum in tantum necessaria, ut uerear ne multis hæc etiam tam multa non sufficient. Fateor, ad docendum sunt per pauca, sed ad rationem ac uiam indicandam, non inertii, nec indocto preceptorri arbitror fore satis. Nam his doctorem magis instruximus, quam pueritiam.*

### De emendando.

**I** Am uero in emendandis his que pueri reddunt, exadmissima diligentia est adhibenda. Neque enim sat habeat doctor manifesta sermonis uitia castigare, uerum si quod uerbum parum elegans, si minus ornatum, si sordidum, si durius translatum, si qua contra veterum consuetudinem orationis figura, si quid absurdius compositum, si quid asperum, si quid hiuleum, id notatum emendabit, mutabitq;. Tum si quid alio loco dictū, quod non alio magis quadrabit: si quid additum, quod non cohæreat: si quid præteritum, quod inseri oportebat: si quod argumentum futile, nuanum, translatum, aut alio qui uitiosum: si quod decus parum feliciter affectatum: si iocus sit frigidior: si languidius dictū, quod acrius oportebat: sic ubi à decoro fuerit recessum: si tractationis color parum pudenter sit delectus: si uerbosius tractatum, quod oportebat breuius:

aut

aut si brevius perscribū, quod fusius erat tractandū. Neq; simul tamē omnia reprehēdet præceptor: sed alias alia, ne pueri despōdeāt animū. Quæ fieri non poterūt, ea nō statim aspere, & cū cōnitio reprehendenda: & his uerbis, co nultu, quasi discipulū oderis. Nā ea res teneros animos in odium studiorū trahit, sitq; ut prius oderint literas, quam norint cuiusmodi sint. Verū quæ tolerari non poterūt, ea blādū quidē, sed tamē diligēter corrigēda: quæ ferri ut cūq; poterunt, aut dīsimulāda interim, aut ingenio collau dato uertenda in melius. Cōtrā, quæ scitè excoxitata, trāctetūne uidebuntur, ea nominatim probabit, & quāobrē placat, exponet. Atq; interim iubebit & reliquos omnes attētis auribus accipere thema cuiuslibet quo d recitatur: ac diligēter obsernare, si quid animaduertant reprehēden dum, aut etiā iniurindū. Neq; illud in scite monet Quintilianus pueros ipsos percontationibus excitandos esse, & quid illic videant uitij, & qua ratione mutādum: & quid sequuntur sit, qui feliciter affectauit. Hoc satius est, quam si non periclitante illorū iudicio, tantum indicet ipse, quid damnet aut probet. At huiusmo di percontationibus, uide quātum cōmoditatū cōsequemur. Primum audientibus se curitas aberit, ut ait Fabius, neq; perfluent aures quæ dicentur, simulq; perducentur ad id, quod ex hac re queritur: nimirū ut aliquando hæc inueniant citra indicem, & intelligant ipsi. Sunt autē quædā uitia, quæ præceptoribus in adolescentulis non debeant displicere, ueluti sublimior spiritus, & orationis luxuries: quod hæc indeoles promutat perfectā maturitatē. Ego in nostris & alia pro tempore serenda censco, puta uocularis, aut etiam clausulas

ex auto

ex autoribus sublectis: poëtarum uersiculos, aut hemisticha subinde intertexta: translationū licentiam: apertiorū artis affectationem: compositionem curiose numerosam, ac propè cāmen exprimentem. Hec enim omnia, tametsi in adulto scriptore uitia sunt, in proficiētibus tamen necessaria sunt. Porrò siue quid laudes, siue reprehendas, utrumque & cum modo, & varie faciendum. In alijs inuentionis nerui, in alijs argumētandi subtilitas probanda, in alijs sanitas, in alijs grauitas: in his lepos, in illis uarietas. In nonnullis dispositio, in nonnullis consilium, ut ad quanq; uirtutem quisq; uidebitur accedere. Hec laudis ac reprehensionis dispensatio faciet, ut neque quisquam de se desperet, neq; despiciat quenquam: tum emulatio quædā inter omnes excitata, dum iritatis omnibus, alterius quisq; laudē affectabit, dictu mirū quantum calcar addet ad studium. Quorundam putidis ingenij, & rustico pudori, priuatis ac blādis admonitionibus erit suecurrentum. Profuerit & illud, præmuola quedam puerilia proponere ijs, qui primas tulissent: Victores collaudare modice: uictos ad conandū bortari, quasi industria, non ingenio sint præteriti. Hic rursus nubi cachinnum tollet grammatica quispiam ex isto ordine, qui Michaelem Modistam pueris solent prælegere, meq; clamitabit, è ludo theatrum sicere. Atqui cum ipse è suo ludo carnicinam faciat, nubi concedat, si ueterum consuetudinem renouare studeo, apud quos in scolis huismodi concertationibus iuuentutem exerceri solitam, uel ipse D. Aurelius Augustinus testis est. Siquidem is in libris, quibus titulum indidit, Confessionum, narrat sibi frequenter accla-

acclamatum fuisse, ubi Iunonis apud Maronē in Troia-  
nos stomachatus, uerba & affectus ceteris felicius adum-  
brasset. Agnoscis theatricum uerbū acclamandi in ludos  
literarios fuisse receptū, & tu putas schole nibil cōuenia-  
re, nisi plagar, & ciulatus? Fabius hanc vulgaris forman-  
de pueritiae artifex non uno in loco præcipit, inuenium  
studia nō asperitate deterrenda, sed blandis applausibus,  
modestisq; laudibus alenda, atq; exacuenda uultq; docto-  
rem in parentis abire affectum: contrā discentes, præce-  
ptorem non horrere ut carnificē, sed obseruare ueluti pa-  
rentem. Nec obscurum, quid sibi uelit Horatianū illud:

*—Quondam pueris dant crustula blandi*

*Doctores, clementia uelint ut discere prima.*

At contra hic Arcadicus quispiam asinus, leonis induitus, exuio, quem & indoctior fit, quam ut admiratione sui  
pueros habere posuit attentos: & insuauior, quam ut à  
quoquam posuit amari, uel amare quenquam, tumultuosa  
carnificina menses existit: puerosq; ingenuos, quos neq;  
meliores potest reddere, quippe uir stultus & improbus,  
neq; literatores, ipse illiteratissimus, flagris excarnificat  
miseros: clamoribus & conititijs obsurdeficit, ut optimus  
illis annis sine fruge contritus, magnam crudelitatis sue  
mercedem percipiatur. Vt tina tibi, o sacrilege (nam barbari  
leuius ac dilutius est uocabulum) dignus tuis factis bonos  
aliquando cōtingat, compellarisq; pileum istum, quem ut  
nō promereris, ita nec intelligis, cum cuculla permuttere:  
pro ueste ista laciniosa, sagum aut rhenonē accipere: pro  
soleis ac sandalibus, perones: pro strulaligonem, aut scutis:  
cam: istoq; ornatus e scholis, in quibus nihil aliud es, quam

canis in balneo, ruis extrudaris: aut siue, cui natus es, alli-  
gandus, aut, quod malum, in compedibus fossurus: aut si  
omnino sine imperio durare non potes, boues & asinos  
ista tua uoce terrenturur: Tu ne audes, o clurinū pecus, ut  
Plauti uerbis utar, docēdiliteras occupare munus, quem  
ipse nibil unquam didiceris? tu ne audes stolidē carnifex,  
bene natos & ingenuos, atq; ingeniosos adolescentes la-  
niare flagris, quos citius occidere possis, quam docere?  
Tun in eo loco, quem Greici ab otio scholam, Latini à  
uoluptate ludum appellandum censuerunt, plus quam Pha-  
laridis tyranidē exerces? Tun hominis monstrū ab his  
etiam mercedem, si superis ita placet, exigis, de quibus peius  
sis meritus, quam scelus ille Faliscorū literator de sua  
pubes! Siquidē ille dolo peccabat, tu palam, & cōfidētis-  
sime perdis bone spēi pueros. Ille clementi hosti tradidit,  
ueluti pacis obſides, à quo sunt citra fraudē restituti. Tu  
hosti crudelissimo, tēterrīnoq; prodis, uidelicet in scātie:  
à quo ferme nullus elabitur qui semel in illius ius uenerit.  
Sed efferrī me uideo longius dolore iustissimo quidē, uti-  
nam perinde utili. Regnare iam paſsim uideas plagosum  
hoc, & indoctū grāmatistarū genus: antra illa in quibus  
deblaterāt, ceu fieriāt regnū, misero ciulatu undiq; per-  
sonare. Et credimus istam uerberandi cōsuetudinē Quina-  
tiliano, uiro tum prudēti, tum crudito, adde etiam castissi-  
mo, sine causa tātopere displicuisse. Et quod uir ethnicus  
ut ſeuū ac perniciosum explosit, nos Christiani libenter  
recipimus, ſeuientes non ſolum in pueros, uerum etiam  
in etatem penē uirilem. Quid si plagoſo illi compotatio  
contigerit largior, iam pueris etiam inſtat uite periculum.

Rideatur

Rideatur hoc, nisi nostra etate permulta sint exēpla infelicitum, quos doctoris temulenta sauitia plagiis occidit. Et postea deligimus equis nostris idoneum curatorem, liberos cuius aīno committimus. Sed hanc cedendi, scuendiq; necessitatē in puerorū ingenia transferunt, qui cū Phrygū filij, nisi plagiis concisi, non emendantur. At quo tandem ore, dic quæ so bellua, tu flagris à pueris officium discipuli requiris, quum tu doctoris officium non præstes? Effice ut merito te amet greci tui: ut miretur, primum studia, deinde te quoq; studiorū gratia: postremo utrumq; alterius causa. Quod si nec amari potes homo stolidus ac saeuus, nec admirationem meretur triuidalis ista, ne dicam, culinaria doctrina, uel insectitia potius, quid etiam in ludo sedes impudēs? Sin ueterem morem tuo damnas instituto, age profer istos egregios artifices, quos tu nouus magister sic institueris, ut cum ueterum uel infinito certare possint. Quod si qui sunt ad literas indociles pueri, præstat eos ablegare rus, ac parētibus reddere: sed interim doctori decrescant reditus. Et ideo bonum uirum oportet esse, qui suscipiat erudiēdam iuuentutem. Sed istis non alia ratio est, quam tyrannis principibus, qui malunt imperio, quam aequitate retenere populum: non quod illud melius sit, sed quod hoc difficultius. Sed iādudum tempus est, ut ad id quod instituerat, nostra recurrat oratio, iamque fuit cum ipsis Bæoticiis suis rixādi. Ergo præceptor Medicus, et istorum dissimilimus, postea quam anno? quid in scriptis puerorū placeat aut displaceat: tum enim aliquod à se studiose elaboratum proponet, aut diabolus stabit: neque pigebit in marginibus, quid ipse fit?

tus annotare. Indicabitur ordinis ratio, transitus communis: si quod schema speciosius, si quod argumentum noue tractatum: ut in eo perinde ac speculo videant, quid ipsos suffugerit, quid a se qui non quiuerint, ubi dormierint, aut cecutierint. Alioqui quod isti faciunt, prauam epistola formam proponere, quid aliud est, quim docere perperam scribere? Dicent, quo tumquenque reperias, cui sit stylus? Calculariam non docet, nisi calcifex: coquum non instuit, nisi coquus: gubernandi rationem nemo tradit, nisi nauclerus, & mirans si literas docere non queas, quas nescis? Quid docet Grammaticus, qui loqui nescit? Expediet aliquoties & nudum thema proponere, ac totum inventionis laborem, ipsorum ingenij relinquere, quo virium suarum periculum faciant. Magis autem blandiuntur etiam nobis, que ipsi quasi peperimus ingenio: uerum id raro fieri uelim. Nos olim quam Sena Alexandrum archiepiscopum, titulo D. Andreæ, Iacobi Scotorum regis filium, rhetorum studijs excereeremus, isq; qui sibi iam uidebatur nonnihil proficisse, rogaret, ut tantum indicatis propositionibus summis, reliquam omnem inventionem ipsi relinquem, parvum adolescenti ingenuo, mireq; spci. Adquisitus est summa ui, fortasse sperans fore, ut tametsi sermonis libertate uinceretur, tamen ob ingenij uigorem, non multum esset a nobis relinquendus. Primum collaudabam honestis industriam, & passus sum illum sibi aliquandiu placere. Mox ubi indicasset, quam multa illum fugissent, quam multa non suo loco dixisset, cristas demisit, & agnoscit, quantum adhuc abesset a meta. Illud in genere meminist doctor, ut pro sui quibusque ingenij viribus precat.

Alexander ar-  
chiepiscopus  
D. Andreæ,

Scopum, titulo D. Andreæ, Iacobi Scotorum regis filium, rhetorum studijs excereeremus, isq; qui sibi iam uidebatur nonnihil proficisse, rogaret, ut tantum indicatis propositionibus summis, reliquam omnem inventionem ipsi relinquem, parvum adolescenti ingenuo, mireq; spci. Adquisitus est summa ui, fortasse sperans fore, ut tametsi sermonis libertate uinceretur, tamen ob ingenij uigorem, non multum esset a nobis relinquendus. Primum collaudabam honestis industriam, & passus sum illum sibi aliquandiu placere. Mox ubi indicasset, quam multa illum fugissent, quam multa non suo loco dixisset, cristas demisit, & agnoscit, quantum adhuc abesset a meta. Illud in genere meminist doctor, ut pro sui quibusque ingenij viribus precat.

Rudibus

Rudibus tota erit epistola preformanda: progressis sat erit linianenta quedam prenotare: adultis suffecerit nudum indicare thema: ut & hac in parte parentum curam doctorem initetur, qui primum infantibus cibum præmansum in os inserunt: deinde sat habet in manu dore: mox mensis tantum adnouent: postremo etiam domo extrudunt, ut suapte industria ipsi sibi querere consuecant, & quod dici solet, nare sine cortice. Conducet & illud, si iam ad mediocritatem progressus, proponemus idem argumentum iterum ac tertio, alijs verbis, aliaq[ue] sermonis figura tractandum. Quae res potissimum concret ad parandam orationis copiam, ac facilitatem. Id autem cōmodius fiet in brevioribus thematijs. In hoc genere Ciceronē legimus cum Roscio suo certare solitum, utrum ille saepius eandem sententiam, variatis gestibus representaret, an ipse mutatis verbis efficeret. Extant etiamnum & Maronis in hoc generе progymnasmata, ueluti de aurora, & anni partibus: sed bac de re tēpestivius ac pluribus dictū est in libello de Copia. Ceterum ad inuentionis facultatem pertinet, ut palinodijs exerceantur: ut quod modo suascent, rursus dissuadeant: quod in cœlum laudibus tulcris, id uituperando ad infros deiijcias: ad quod sis adhortatus, rursum ab eo deterreas. Quia quidem in facultate plurimum ualuisse fertur Carneades. Hec erunt propemodum similia locis, quos rhetores cōmunes appellat: ut pro amore, quemadmodum apud Platonem dicunt, præter Socratem, multi: & contra amore, quæ admodum apud cundē Lysiast pro literis, contra literas: pro diuitijs, contra diuitias: pro monastica uita, & contra: pro linguis, contra linguas: pro

matrimonio, contra matrimonium: pro monarchia, contra monarchiam. Eiusdē generis sunt quae per collationem seu contentionē tractantur. Vtra uita præstantior, ciuilis, quā practicam uocant Græci: an contemplativa, quam theoriā illi uocant. Cœlibatus potior, an coniugii. Ad dicendum utrum ars plus possit, an natura. Vtrum recens hoc theologie genus præstantius, an priscū illud. Vtrum plus ualeat ad parandam famā militia, an literarū studium. Ad rem parandam, utilior ne sit iuris prudentia, an studium medicine. Idem fit in personis. Vter dux melior, Annibal, an Scipio. Vter philosophus excellentior, Plato, an Aristoteles. Vter poëta doctior, Vergilius, an Hesiodus. Vtrius facundia mirabilior, Demosthenis, an Ciceronis. Hęc incidunt in consultationibus. Vtrum quum deliberabit aliquis, utrū Rome citius patetur fortuna, an in patria: utrum satius sit literarum gratia adire Italiam, quā in Lutetiā, præterea quæ sunt locorum communium, ex proprijs circunstantijs multa ducet argumenta. Vtrum expediatur pueros statim admouere studio literarū, an parcere tenerioribus illis annis, donec ætatis progressu nonnihil roboris collegerint. Neq; semper necesse est, ut præceptor se thematis inueniendi labore fatiget: Ex historijs, ut dixi, sumere poterit. Ex epistolis eruditorum, si quas pueri nondum legerunt: ueluti ex epistolis Ciceronis, Pliniij, Cæcilij, Symmacho, Apollonij, Angeli Politiani. Quorū enim bunc in hoc genere non cum quolibet veterum cōferamus? Sed tamen ē Symmacho rem peti malim, quām phrasim. Promptissimā huius generis uint, epistole diversæ Gr̄corum suppeditabunt. Ex omnibus degustatis præceptor optima quæque propo

proponet. Semper enim ab absolutissimis exordiendum. Proinde Plinium illis statim obisci malim, quam Franciscum Nigrum, Mariū Philelphum, etiam si pater in epistolis nonnihil habet laudis: Aeneam, G asparinum, Campanum: multo minus Carolum Virulium Louaniensem, cuius scripta cito gratian exucrunt. Non quod negem in his esse, quod aliquis posse imitari, sed quod mediocribus, aut tolerabilibus tantum antestiri malum eximos. Ceterum cui palma debeatur in hoc genere, non est huius instituti pluribus verbis persequi. Si quis omis̄is Graecis, patiatur quenquam ullo in genere anteponi, M: Tullio, Plinio & Politiano primas detulerim. Sed hac sanè in re fruatur suo quisq; iudicio.

### De consuetudine unum multitudinis numero compellandi.

**I**am vero consuetudinem insuffissimam quidem illam, sed aliquot iam seculis nre receptam, unum hominem multitudinis numero compellandi, non tam dedocendi sunt iuvenes, quam animandi, ut ausint contempnere: certe quoties cum his agitur, unde nibil sit periculi. Mea certe aetate iam haec ineptia magna ex parte obsoleuit, paulatim subolescentibus bonis literis. Quanquam supersunt et hodie non pauci uosissimatores, qui quod pueri male didicerunt, non solum ipsi mordicus tenent, uerum etiam ab alijs exigunt. Inexpiabili cōtumelia se pertinet affici, si quis unum singulari numero salutet: ac placere rem putant iniuriarū actionē dignam, ac legibus vindicandam. Tu pro tua prudentia quid sit optimum diffici. Hic nabi cōtinuo Tragicum vociferans in re nibili:

d 4 Quid

Quid tu, inquit, me tuissas? tuissa famulos tuos : ego sum  
 & te, & tuis omnibus melior. Quid autem hominis mon-  
 strum, tu sic appellari de dignaberis, quanto olim reges  
 suos appellabant parasiti? quomodo summos orbis mo-  
 narchas olim affabantur libertini, aut è plebe cerdo qui=libet? Denique quomodo tu ipse deum Opt. Max. compel-  
 las? Quare non ut unum alloquar, quem unum videam,  
 etiamsi Polyphemo maior essem? An ideo Athone montes  
 dicam, non montem, quod ingens sit? An ideo non est  
 mare Oceanus, quod uaste pateat? Adeò qui uix sunt ho-  
 mines, ijs nō satis est, si unius hominis loco ducantur. Cae-  
 sar totius orbis monarche loquimur : Superi bene uer-  
 tant quod agis Cæsar. Et hic indignatur, nisi dixeris: Be-  
 ne uertat quod agit uestre dominationes : perinde quasi  
 non unum hominem, sed Hecaten quampiam triformem, aut  
 Hermete trismegistum, aut Geryonem tricorpore alloqua-  
 mur. Hoc fortassis in multi re grauida sit tolerabilius, aut  
 etiam, si maulis, in scropha. Quare à grammaticis distincti  
 sunt numeri, singularis, dualis, & pluratiuus, nisi ut ute-  
 remur? Honoris, inquit, gratia abutimur. Apie dictum  
 abutimur. Nam istud est planè abuti, perinde quasi quis  
 soleam utrancq; eidē inducat pedi. Sed quis istud iuris uoc-  
 bis donauit? An æquum putatis, ut honoris uestri gratia,  
 præter ueterum consuetudinem barbare loquantur homi-  
 nes? Quod si tyrannidem occupatis, ut nouæ etiam lin-  
 gue nobis fitis autores, quare non saltem constatis uobis?  
 Etenim si numerus mutatus honoré babet, quare non ea-  
 dem opera uidetur honorificū, plures singulari numero  
 compellare? Quare non idem sit in tertij personis? Ho-  
 norifici

norificum est, si quis Marcolpho dicat, gratulor uobis: qui minus honorificum est, saluta eos, cum unum iubet salutari sed honorabilem? Quia hic bonos tantū in pronominibus situs est: Honorificum est, saluto uos domine episcope: qui minus, saluto uos domini episcopi? Honorificum est, uidi uos ambulantes: quur non uidi uos ambulantes, si uni, sed honorato loquaris? Nimirum aucta plus ralitate, crescit bonus. Quia in re diuina, editius non bunc in modū respondet sacrificio: & cum spiritu nostro? Quia is deo loquēs, audet dicere: præsta quæsumus omnipotēs deus? Quia nos homunculi nō ueremur illi dicere: remitte nobis debita: & ne nos inducas, si tantum honoris est in abusu numeri? Certe primus bonus debetur deo: quia bunc tanto fraudamus honore: quia huic præstamus homuncionem? Quid hic respondebunt isti? an nobis obijcent heterosin? Audio, sed hac non utuntur emēdate loquentes, nisi in prima persona, uel modestie, uel festivitatis, uel euphonie gratia. In sequunda nunquam, nisi quum genus significamus, non personam. Quale est illud Nasonis: Quæ uestra libido est. Taxat enim virorum genus, ueluti si quis uni meretrici dicat, uos estis pernicies adolescentium, non unam notans, sed totum ordinem. Huic similiorum est illud in tertia persona: Quum ad uxores uentum est, tum fuenteres. Vnde quod olim modestiae erat, aut inuidiosum, nūc repēte honorificum esse cœpit? O' imitatores scrum pecus, ut mihi sepe Risum, sepiocum uestri mouere tumultus. Istos fecellit, opinor, quod ueterum quispiam magistratu fungens, hunc in modum scripsit: Considerauimus, retulimus, statuimus, ni-

mirum murus publicū cum suis collegis cōmunicans, &  
potestatis inuidiam declinare uolens. Hoc, ni fallor, exem-  
plo reges & episcopi cōperunt & ipsi scribere: Nos  
Ioannes episcopus Cameracensis: Nos Carolus rex Gal-  
lorum. Nec dubium quin & hoc qui primi cōperunt,  
modestie causa fecerint, uidelicet quō tyrannidis sp̄ciem  
fugerent. Tyrannicum enim videbatur, potestatem cum  
nullo prorsus habere communem. Verum is scribēdi mos  
simil atq; regius haberi cōcepit, à nostris honorificentia  
causa certatim usurpatus est. Ridicule sanè, nam si mode-  
stie laus est, ubi quis pro, ego Ioannes episcopus, scribit,  
nos Ioannes, qui uos Ioannes dicit, pro, tu Ioannes, con-  
tumeliosus sit oportet. Nam se deicere, uirtutis est: al-  
terum contennere atq; extenuare, maligni est atq; inui-  
di, si id fiat in absentem: si in pr̄sentem, procacis & cō-  
tumeliosi. Romanus pontifex in suis diplomatis, adni-  
scet nonnunquam, hanc Petri sedem, quam indigni tene-  
mus. Quis ferat, si quis idem dicat illi: Cōfigimus ad istam  
Petri sedem, quam indignus tenes? Quod si hāc sermonis  
ineptiam, idiotarum stulta ambitio cōmenta est, qui dedi-  
gnentur orationem habere cum alijs cōmunem, cur cru-  
diti hanc ineptam ac maliabrem inanitatem assentando  
alunt? Scio deberi honorem magistratibus, parentibus,  
præceptoribus. Sed hic ridiculus est bonos, quem præstat  
solēcismus. Verum largianur interim, ut tantū ualuerit  
consuetudo. Neq; enim me fallit in epistolis decimi libri,  
qui Plinianis per Aldum adiectus est, legi semel atq; ite-  
rum sermonem huiusmodi: Ut primum me domine, uestra  
indulgentia promonit. Quanquam & hic tergiuersari  
licuit,

licuit, eas epistolas non esse Plini: deinde hoc ipsum tam  
 raro fieri illic, ut mendum uideri posse. Postremo cum  
 uestra dicit, uoluit sena: us autoritatem cum Cæsaris uo-  
 luntate coniungere, quod sciret hoc esse gratum impera-  
 tori modestissimo. Sed ut omessa tergiversatione, largia-  
 mur quod isti uolunt: sit sene ciuitatis hoc honore blan-  
 diri maioribus: sit rusticæ & inurbani, hoc honoris non  
 reddere: certe nouum insolentiae genus est, non esse cōten-  
 tum, si quis cui decebat de uia, si caput aperiat: si genu  
 flectat, nisi ridicule etiam loquatur honoris gratia. Scri-  
 psit aliquis Traiano, uestra indulgentia: at idem non  
 offenditur, cū toties repetitur tua pietas, pro uestra pie-  
 tas. Deniq; non sic illi loquitur Plinius, quum consul illius  
 laudes predicat, quam orationem oportuit quām maxi-  
 me honorificam esse. Isti tam insolitum honorem etiā con-  
 nicijs, atq; adeò flagris exigunt à nobis. Domitianus im-  
 perator, vir prodigiosæ arrogantiae, se deum ac dominum  
 scribere solitus est in suis diplomatis, atque ita se compella-  
 ri in aliorū instrumentis edixit. At is nemini unquam suc-  
 censuit, quod singulari numero compellaretur. Ferri po-  
 terat res, si modo sint unico sollicitimo contenti: uix dupli-  
 catus istorum ambitioni satis facit. Nam oro uos, simplex  
 erat sollicitimus, quem istorum insolētia iandudum ut ple-  
 beium, nimisq; popularē fūludit, ac renuit. Oro uestrā by-  
 manitatē, sesquimendum erit: nihil adhuc nisi vulgaris bo-  
 nor. Oro reuerendissimas humanitates uestras, bene conge-  
 minatum uitium, mediocris honor est, & frēdus. Addc ter-  
 tium sollicitum, & plenā inieris gratiam: Oro reuerendissimas  
 paternitates uestras, domine præstantissime. Cumque  
 latissi

latissimam uis inire gratiam , quadrigam solœ cismorum  
 facito hunc in modum : Oro reuerendissimas paternitates  
 uestræ, domine præstantissime, domine præsul. Euge euge.  
 Ille demum honorificentissimus est sermo , dignusq; quo  
 solenniter a deo natus reuerendissimi præsules, ac potentissi-  
 simi monarcke. Magis enim ridiculum , quod quidam ho-  
 noris gratia personam quoque uertunt dicentes: Manda-  
 uerat mihi reuerentia sua , pro uestra, siue tua. Huic ser-  
 monis ineptiam si quis non uidet, illiteratissimus sit ope-  
 tet : si quem sentiat, non expuit, patientissimus: si tam ab-  
 surdam assentationem libentibus etiam auribus baurit, glo-  
 riosissimus sit oportet . Et hec sermonis portenta cuius-  
 quam principis aures ferunt? Et huiusmodi non solum fe-  
 runt quidam, uerum etiā efflagitant Christianæ modestie  
 columnæ: ac non parentibus bonines seuerissimi grauiter  
 succensent : adeò ut quibusdam bac de causa dicam suis  
 scriptam sciam, non de asini umbra, quod dici solet, sed de  
 iniuria nō adhibiti solœ cismi. Nuper etiam quidam, gra-  
 ni nimium exemplo, ultus est huiusmodi contumeliam, ad  
 hunc quidem modum . Ab amicis magnis studijs agebatur  
 apud episcopum quendam, ut quidam spectatis moribus,  
 egregia doctrina uir , sacerdotio, quod tum forte demor-  
 tuus uacuum fecerat, in autorarctur. Negabat uigilantissi-  
 mus pastor, temere sacerdotia committi oportere inexplo-  
 ratis. Ipsum qui commendabatur , accessi iubet, uidelicet  
 de doctrina, prudētiq; uiri periculum fakturus. Adeſt ille  
 uir sane antiqua literatura probe præditus, sed sincerus  
 ac simplex , qui nondum novum hunc eloquentiæ florem  
 attigerat : postremo qui præsules omnes putaret didicis-  
 se lite

se literas. Salutat numero singulari: Salve reverende p̄f̄sul. Vix totam salutationem dixerat, auerterit se p̄f̄sul atq; abit, indignabundus non aliter, quā si quis in faciem illius conspūjet. Admirantibus, & causam rogantibus qui salutatorem commendarant, negat se illos conspectu colloquioq; dignari suo, à quibus sic in os contemneretur. Frustra quidam rem purgare nituntur: planeq; siudo canitut fabula. Iratus ille, sacerdotium in alium quēdām dīsertiorem transstulit, qui quadruplicato solece cismo humā nūissimas reverentias domini domini salutaret, & qui unum hominē in multis, rursus in uno multos uideret. At quanto falsius isti nobis talionem reponerēt, si ipsi singuli singulariter appellati, nos uicissimi binos aut ternos singulare uoce conueniret! Etenim si honorificum est, uni multitudinis appellationem tribuere, uerū tamq; tamq; ēmōr, quam erit insignis contumelia, plures singularibus uerbis alloqui: Tibi Paule, nos abbas dicimus: tanquam plures in unum conflati, uix efficiant hominem aliquius precij. sic erat par pari referendum. Dices optime lector: Rides tu quidem iandudum, & nimis uncis naribus indulges. Quid aliud faciā in re tam ridicula? Non si placē contendunt, honoris significationem esse in catastrofi numeri, cur frequenter unicam rem, eamq; friuolā, nibiliq; tricas, apinas, quisquilijsq; uocamus, multitudinis numero? Quer unicū instrumentum quo uerrimus pavimentum, multitudinis numero scopas uocamus? Non inuidens bonos istorum, quem cum quisquilijs et scopis babent communem. Hoc etiā interest, quod nisi multitudinis uocabulo, nemo scopas recte salutauerit, nisi dixerit, salutē scopē:

scopæ: quem ipsis interim studiosa barbarie gratificemur,  
 omnibus quidem grāmaticis, ac grāmaticorū filijs iratis.  
 Quid quod interdum non sine periculo pluratine conui-  
 ciatur etiam, nimirū affueti? Quid enim si strabus quis-  
 piā, dñbijsq; contuitus, uni ē multis cōnicium dicat, mul-  
 titudinis numero: non ne quam oculis quem petit, non di-  
 stinguat, periculum erit, ne tanquam cōmune maledictum  
 in se quisq; rapiat, & pro uno omnes in miserum strabum  
 conuicia regerant? Id uero periculosius etiam fuerit ce-  
 co. Proinde genus hoc sermonis, quibus est hoc uitij, ma-  
 gnopere fugiendum censeo, ne forte oculorum morbo, plu-  
 res pro singulis cernere putentur. Sic enim nuper quispiā  
 istiusmodi salutatore apertè derisit, & asperè potius, quā  
 urbanè: nisi forte videbitur recte, malo nodo malus quesī  
 tus cunevit. Is enim solus cum esset in conclavi, & à Strabo  
 quodam multa cum pluralitate adiretur, iterū atq; iterum  
 circumspectans, respondit, ceteros abisse, sc̄ solum esse: si  
 quid uellet, opportuniore tempore rediret, dum illi adce-  
 sent. Ille uero negat se quenquā præter ipsum unum qua-  
 rere. Tum alter hominem percōtatur, quot illic lectos ui-  
 deret. Quum unum duntaxat respōdisset, Et que tandem,  
 inquit, intēperie te agitant, aut ē qua popina nobis pro-  
 be potui ades, ut ego tibi non unus uidear, sed multi? Et  
 sunt etiam qui rem tam absurdam tucri conentur rationi-  
 bus philosophicis, ut diunt. Siquidem Aristoteles scripsit;  
 regē ut ceteris rebus præcellit populū, ita sermone quoq;  
 differre debere. Itidem par esse ut quos conditio, dignitas,  
 opes, cultus, & insignia discernant, discernat & sermo.  
 Nec pro�us alia nota rectius dignosci à priuato magis-  
 stratum

stratum, quam abusu numeri, propterea quod ille unus sit  
et multis, hic non simpliciter sustineat personam. Papae, accipio  
commentum: quanquam apud Gracos istud fiet commodius,  
quibus tres sunt numerorum differentia. Ergo cui geminus  
sit episcopatus, aut cuius episcopatum abbatia queant  
opinae eodem duplicarit, huic dicemus, xxiij. temp. Quod si tres  
sint episcopatus, aut duobus addita abbatia, ternarium  
illum sacrum ac mysticum compleat, huic dicemus, xxvij. temp.  
Hac quidem lege, si triplex aut quadruplicem numero sacerdos-  
tiorum sint praetergressi, et qui dent ueniam, si nostram di-  
stinctionem sua ambitione considerunt. Nec video qui mi-  
nus licet ad hunc loqui modum: Nos episcopi, nos abba-  
tes, cui uni plures sint episcopi, aut abbates. Sed dubita-  
ri iandudum potest, isti ne stultiores, qui a re tam absur-  
da, tamen abduci non queant: an ego qui in nugacissimis  
nugis tantum operae sumperim, nisi quod ut hoc facerem,  
plurimae res me cobortabantur, sed due potissimum: tum  
ut istos apertius irrisos, aliquando sua stultitiae pudesceret:  
tum ut eos qui plane depuduerint, iuuenes partim  
ueterum exemplis animati, partim nostris uerbis moniti,  
non dubitarent cum sua ambitione contempnere. Desinet  
offendere, postea quam desierit esse insolens, & aliquan-  
do placebit omnibus, quod nunc placet eruditis.

### De salutatione.

**N**unc ad preceptiones huic argumento peculiares  
reuertemur: sed si paucis adinonuerimus, que sint  
in salutatione fugienda, unde solemus epistola auspicari, ne  
peccandi gubernatores uideanur, si statim in portu, quod  
diuit, impegerimus. Est enim haec cetera prima frons epistole,  
in qua

in qua delinquentē non solum imperitiae dedecus, uerum etiam religionis negle<sup>c</sup>tē piaculum maneat. Nam à ueteribus superstitione obseruatum uidemus, ut è primis illis forte congregrientium uerbis, futuri sermonis uelut omen quoddam arriperent. Eoq; qui sibi forte fortuna uenirent obuiā, qui ue quapiam de re inter se trahaturi congererentur, quo faustus esset occursus, ac bene ominatus sermo feliciter utriq; uerteret, mutuā salutē dicebant. Et saecerdos quoties prodibat ad populum, salutabat, ac resalutabatur. Ea consuetudo è medijs hominū moribus, in epistolam, quæ, ut dixi, colloquiū est inter absentes, translata est. Eamq; semper ueteres à dicēda salute sunt auſpicati. Idq; tam à Græcis, quam à Latinis, tertia persona facilitatū uidemus: siue quod usus sermonis rex, p:sonam mutant: siue quod studio festivitas quedā, quam adfert persone hypallage, uidetur affectata: siue quod olim salutatio non adderetur epistole, sed in tergo tituli uice adderetur, uelut ab eo recitanda, qui literas perfreret. M. T. Cicero Trebatio imperatori S. D. Græci ferme ad hunc modum, πλάτων ή δίον ω μάρτιον. Quæ uerba non hoc sonant Græcis, quod quidam existimāt, quasi iubemus illos, quos ita salutamus, bene uiuere, sed quod felicitatem precemur. Nam quibus res sunt sequunda, ij Græcis ω μάρτιον dicuntur. Quidam pro ω μάρτιον dicunt χαιρετ, quod apud nos sonat gaudere. Vtrūq; uno uersu expressit Flaccus: Celso gaudere, & bene rem gerere Albinouano. Latini in hunc ferme modum salutant: M. Tullius Cicero M. Varroni S. D. Plinius suo more addit, suo, opinor quod non scribat nisi amicis: C. Plinius Sabino suo

no suo s. d. Hebrei vulgato gentis suæ more, pacem optat  
 salutantes, siue quod sentiant bellum ac discordiam esse  
 malorum omnium compendium: siue quod pacem appelle-  
 lant summam rerum prosperitatem, ubi nihil est quod of-  
 fendit animu. Autor est Plinius Anticulus religio am-  
 antiquitus fuisse, nominibus salutare, ne preces, opinor, am-  
 bigue ad alienum auertantur: quemadmodum in deuotio-  
 nibus nomen addebat, uelut irrita futura execratione,  
 nisi urbis aut gentis uerum nomen apponereetur. Ergo ne  
 dirum omen habeat epistola, utriusq; nomine in ipso statim  
 ingressu prefandum est, priore quidem loco illius, unde  
 uenit epistola, posteriore eius, ad quem mittitur: etiam si  
 longe sit honoratior cui scribitur, quam qui scribit. Pue-  
 rilis mihi uidetur illa nominum honoris gratia transposi-  
 tio, nisi nobis placebit illa Gnathonis salutatio: Parmes  
 nonem suum summum, plurima salute impartit Gnatho. Aut  
 nisi si quis ad hunc modum loquatur: Idem equus porta-  
 bat Cæsarem & Augustam, existinemus hominē læsa ma-  
 jestatis reum peragendum: quod plus honoris habitum sit  
 equo, quam Cæsari, & eius uxori. Sed extra iocum, mihi  
 probatur ueterum simplicitas, quam utinam per nostræ  
 tempestatis corruptissimos mores ubiq; liceret æmulari,  
 ut nos inuijcem nudi nominum titulis salutaremus: C. Pli-  
 nius Calvo suo s. d. Quid enim erat uerius aut purius?  
 siquidem ubi quis nomine audit, omnes pariter uirtutes suas  
 audit compedio. Habet præterea nefcio quid peculiariter  
 blandum proprii nominis appellatio, quo auditio delectari  
 uidentur ex animatia bruta. Quo magis istos admiror,  
 qui uocabulum suum quod ineditum est in baptismo, non

alijs auribus accipiunt, quām si atrox ingereretur con-  
sūtium. Stultius, quod aulici quidam non ferunt, ut libe-  
ri patrem patris, aut matrem matris appellant uocabulo:  
dominus ac domina malunt audire, quām illis uocabulis  
neque sit quicquam honorificentius, neque cibaris affe-  
ctibus: adeò nihil illis placet cum plebe commune. Porro  
nominum uocabulo, prænomina, agnomina, cognomina  
haq; complectimur. Prænomina sīrē à maioribus mutua-  
sunt, Marcus Tullius. Cognomina pleraq; gentilia sunt,  
Bruno Amorbachius. Agnomina solent ex euentu quo-  
piam accrescere. Scipio Aphricanus, Cato Uticensis. Ho-  
die cognomina aut gentilitia sunt, quemadmodum apud  
Italos, Medicum, Baptistarum, Balborum. Aut à loco du-  
cuntur, Angelus Politianus. Nam preter neterum con-  
suetudinem faciunt, qui paternum nomen cognominis ui-  
ce subiçunt: ut si quis Antonium Dionysij filium, Anto-  
nium Dionysium appeleret. Ceterum qui parentis uoca-  
bulum, gignendi casu subiectunt, magis refrūt Hebreo-  
rum consuetudinē, quam Romanorum: Iacobus Alphæi,  
Ioannes Zebedæi, Petrus Simonis. Iqm barbara, nonnun-  
quam & sono absurdā uocabula uel hominum, uel loco-  
rum, uel familiarium, aut Latinis Græcis'ue uocibus redi-  
denda sunt, aut in Latinam faciem commode defleſten-  
da, ut ab idiotis etiam uulgatum nomen agnoscatur: ut  
quām pro Barbir, quod uulgo tonsorem sonat, Barbirū  
dicimus, pro Busleid, Buslidium, aut pro Lang, Lan-  
gium. Quod idem in Græcis & Hebreis sibi permittunt  
eruditis: ueluti cum pro elephas, dicunt elephantus, pro  
Adam Adamus, pro Abraham Abrahamus. Quibusdam  
reli

religio est, cognomen gentis immutare. Sed sunt quedam adeò barbaræ, ut stridores sint uerius, quam uoces: præsertim nonnunquam apud Germanos monosyllaba quinq; conferta consonantibus, quæ ne sonari quidem possint ab eius lingua eruditibus: que si molliri nō poterunt, in Grecas aut Latinas uoces vertentur. Cognomētis quæ ducuntur à loco uel originis, uel dominij, quidam dure addant præpositionem, *Picus de Mirandula*: *Latinus est*, *Picus Mirandulanus*: tolerabilius putant, *Picus à Mirandula*. Ac fortasse licebit unum aut alterum exemplum apud autores inuenire, ubi addatur, de: sed pueri quod optimum est primum assuecant imitari. Non abborret à veterum consuetudine, nonnunquam ijs quæ diximus, magistratus, professionis, cognationis, aut etiam affinitatis cognomēt annectere: idq; contra recentium morem, qui honoris gratia preponunt dignitatū uocabula: *Beatissimo papæ Alexandro sexto*. Veteres contrà: *Trebatus M. Tullio Cic. imperatori*. *Hieronymus Damaso papæ Budæus Copo medico regio*. *Erasmus Ioanni Coleto theologo*. *M. Cato Bruto consuli*. *M. Tullius Quinto fratri*. *M. Brutus Portie uxori*. Optarim, si fieri posit, nihil adulatioñis admisceri titulus. Erras autem, si te laudari putas, quum episcopus scriberis, aut theologus professionis ista sunt nomina, non glorie. Is demum te laudaret, qui bonū episcopum, aut eruditū theologum scriberet. Tolerabile fuerit si uxorem charissimam, aut liberos dulcissimos appellemus, aut patrem optimum. Porro quoties docti plusculum admiscent honorificentie titulus, non suo seruiunt ingenio, sed alienis obsequundant. Iстos nemo modestus

frat, opinor, qui prodigiosis assentationibus salutationem infarciunt: ac tum existimant salutationem esse mire rhetoricae, ubi non nunquam ipso etiam hominis nomine pretermisso, hunc solem dixerint, alium lunam: hunc luciferum, alium cynosuram, aut lucernam ardente, speculu sine macida, turibulum odoriferum, pyxidem unguentarian, candelabrum aureum, uirtutum sacrarium, disciplinarum thesaurum, omnis scibilis gazophylacium, phoenicem, aquilam, uitem, hortum, flumen, fontem, pelagus, apicem, culmen, florem, gemmam, iubar, fulmen, paradisum: denique rerum omnium laudabilem copiae cornu. Et quid non? Ita nouus hic salutator iuxta Comicum, uenustum dat adueniens principium. At que etiam ne parum sint Gnatobanes, quemadmodum dios immodece efferunt, ita scese pari uenustate deicunt, atque extenuant seruulos a pedibus, uisissima mancipia eius cui scribunt appellantes. Huius salutationis exemplum hoc erit, si quis forte requiret animi causa: Perspicacissimo domino, septem artium liberalium candelabro aurco. Radiati Theologorum apici. Religio- nis lucerne semper fulgenti. Dominicalis ordinis lucifero. Vtriasque testamenti gazophylacio. Haeresiarum malleo. Omnim uirtutum heroicarum et non heroicarum, speculo limpidissimo. Dignissimo domino meo domino praceptor, humilimus dominationis sue discipulus, et uilissimus seruitor, oscula pedum pro salute. Rides exemplum? Sanè merito rides, sed huiusmodi non solum utuntur isti, uerum etiam libris editis praeципiunt adolescentibus. Hec noua salutandi uenus prisca incognita, tum deum nata est, ubi profligatis linguis, exactis bonis auto-ribus,

ribus, quos illi poëticos vocant, in ludis literarijs pro grammatica tradebatur Michael Modista, pro rhetorica similes nuge. Quis unquam Gnatho, aut Colax, aut Gelasinus, usqueadè fuit impudens, aut in tantum cœnarij, ut istiusmodi uerba regi suo ausus sit in os dicere? Qui plagas pati possunt, qui iure perfundi, qui osse peti, qui commingi sustinent: tamen non sustinent sic salutare, quemadmodum nos Christiani grauibus etiam uiris adula mur. Quādo Plautus ille parasitorū licētiosus & immadicus effector, ausus est talēm inducere in fabula? Si Christianam simplicitatē tueri non libet, simus uel ethnicorum excēpto paulo minus impudētes. Paulus scripsit, inquit, Honore inuicem praeuenientes. At apostolus illic non de salutatione, sed de subsidio loquitur: sic enim ille solet hominem appellare. Quod si uitari non potest, quin blādius agatur cum eo, cui scribitur, est uereciundius quodam assentandi genus. Sunt figuratae laudes: his epistolam, quanta erit, explass licebit. Verum in ipsa statim salutatione, tan impudentem Gnathonismum, obsecro, quis ferat, nisi aut Mida stolidior, aut Thrasone glorioſior? Aequū uitio dandum est, quod quidā in principiū literis facit, cuius cui scribitur, aut qui scribit titulum, trecentorum cognominum longa serie in decimum usq; uersum producere: Iustinianus Imperator Cæsar, Flavius, Alemanicus, Gothicus, Frâcicus, Germanicus, Anticus, Slavicus, Vuâddalicus, Africanus, pius, felix, indytus, uictor, de triumphator, semper Augustus. An non fessus lector epistolam parabit abiucere prius, quam ad epistolam peruenierit, nisi coronidem quam recensendis titulis paret?



non poterant, per & cetera præcidissent? Ridetum & illud salutadi genus, inepte fucatum, quod Carolo Louaniensi quoq; cum primus arrisisse uidetur: quo salutis loco nunc hoc, nunc illud appreccatur: ueluti, Midæ divitias, loco salutis. Aut, humilioram recommendationem, uice salutis. Promptam cum debita ueneratione seruitutem, loco salutis. Hec equidem deliramenta iuuinus referto, sed aliter dedoceri non poterant. Et in primis haec sunt dedicascentia: tum quod salutationem uerbis supercruacaneis onerant, puritatemq; ac simplicitatem corruptunt: tum quod stultiſimum uidetur, aliquid salutis uice subiucere, quum ipsa salute nihil sit melius. Eiusdem ineptie sunt illæ: Quot habet cœlum stellas, quot habet mare guttas, tot tibi mitto salutes. Quod si quando pietate commendati uiri secus atque nos docemus, salutarunt: præpostere fecerimus, si à quibus uinendi petenda fuerant exempla, non loquendi, in his quod optimum babuerunt, negligemus: que pessima, ea sola nobis proponemus. Neq; si quando D. Hieronymus, D. Augustinus, D. Gregorius suorum temporum consuetudini concesserunt, id nunc oportebit in ludum literarum uocare, præscritim hac tempestate, qua nihil est omnino literis cum uulgo cōmune. Postremo quid absurdius, quam ex magni nominis autoribus nihil imitari, nisi quod erat contemplatione ceterarum uirtutum ferendum? Post expressas reliquias Hieronymi uirtutes salutationis nouitatem condonabimus. Quod si non potes, noli huius pretextu tueri, quod tempori suo dedit ille, non iudicio. Sed offendemus, inquiet, si tris præceptis parchimur. Quis enim non banc salutem, Petrus Tartaretus Henrico

rico Bede theolo<sup>g</sup>o s. d. cōtumeliam interpretetur potius,  
quam salutem? Verum ego non in hoc hanc operam su-  
scipi, quō docerem sermonem stultorum auribus atq; ani-  
mis accommodare, sed ut recte scribendi rationem tradas  
rem. Neque tamen usque adeo desperandum existimo no-  
strum hoc seculum, ut errorem quem corrupti mores ho-  
minum, et inscitia potuit iuinchere, cum bonoru, et cru-  
ditorum uirorum autoritas et usus non possit renellere.  
Videmus quantum profectum sit paucis annis. Vbi nunc  
in scholis auditur Michael Modista, ubi glossa Iacobi  
bi, ubi citatur Catbolicon, Brachylogus, aut Māmetre-  
sus, quos olim ceu rarū thesaurū, aureis literis descriptos  
babebant monachorū bibliothecæ? Certe semper erit ad  
optima conandū. Si statim sanctum erit, et bānum, quic-  
quid hic aut ille deprauarit in studijs, neq; quod deprac-  
atum fuerit, restituere licebit, quō tandem recident lite-  
re! Deniq; si istis crassis licet ueterum cruditorum exem-  
plum contemnere, nobis uicissim non licebit istorum in-  
docile inscitiam pro nibilo ducere? Quod si quid à nete-  
rum consuetudine licebit innouare, si uidebitur aliquid  
dandū eius animo cui scribitur, aut publice consuetudini,  
tolerabitur quidem: modo absit enorme uitium, hoc est,  
ne salutatio sit uel loquacitate molesta, uel affectatione pa-  
rasitica, uel affectatione morosa, ne quod diximus, pessi-  
mū sit omē toti epistole, si statim à uitio fecerit auspiciū.

### Simplicis salutationis aliquot formulæ.

**S**alutationum quæ præter indicium nihil habent, for-  
mule sunt huiusmodi: Pius pontifex Romanus eius  
nominis primus, Lodouico Gallorum regi, eius nominis

undecimo s. d. Tiberius Cesar senatui Romano s. d.  
Senatus p. c. r. Machabaeo duci, & socijs Iudeis s. d.  
Horatius Trib. milit. Bruto Imperatori s. d. Henricus  
Anglie rex Maximiliano Cesari s. d. Demetrius eques  
Romanus Tito Lucio iudici selecto s. d. In huicmodi  
nominibus officiorum plerique heretur ad doctis, partim  
quod incertum que veterum nomina, quibus nunc respon-  
deant: partim quod pleraque iam recepta sunt, peregrinis  
ac barbaris uocabulis. Siquidem quem olim urbis præfe-  
ctum uocabant, nunc alicubi uocat Marchionem, alicubi  
locum tenentem: quem tribunum plebis, nunc ciuium ma-  
gistrum uocari credunt. Quem olim questorem erarium,  
nunc reddituarium uocant, siue receptorē. Quos olim ra-  
tionales, nūc, opinor, phinantiarios dici. Quos olim que-  
stores parricidij, nunc sculetos. Quos olim caduceato-  
res, nunc heraldos. Quos olim senatores, seu selectos indi-  
ces, hodie uocant dominos parlamentares. Nam Ammoral-  
dus pro littorum curatore, siue maris præfecto, nescio cu-  
ius linguae uerbum est. Quod genus sunt & illa, Maria  
schalcus, Seneschalcus, Baro, que uidentur unā cum bar-  
barico imperio inuadisse. Aut igitur his utendum, aut ue-  
tus aliquod uocabulum subiiciendum, quod nouo respon-  
deat. Id commodius faciet, qui primum ex antiquis histo-  
riographis, & Varrone, & Cicerone de legibus, & iure con-  
sultorum libris, ex libello Fenestelle, quem ex professo  
scripsit, & inscrpsit De magistratibus, animaduertiterit  
singulorum & uocabula, & functiones. Item huius tem-  
poris officia, quibus uerbis dicantur, & quibus in rebus  
uersentur. Eandem curam oportebit adhibere in confe-  
rendis

rendis Grecis ac Latinis officiorum vocibus. Nam illi  
 ἔπειρον, hoc est, summum, uocant consulem, δύτιμον pro-  
 consulē, αὐλαρχόν, dictatorem, seu imperatorem, quem  
 eundem interim et Caesar uocant: sed haec res plus ha-  
 bet negotij, quam ut hic sit obiter tradenda. Argumen-  
 tum hoc proprium uolumen postulat, tantum indicabo,  
 quibus rationibus cognitum magistratum possis circui-  
 tione notare. Qui praest describindis epistolis, et uulgò  
 secretarius dicitur, vocabitur ab epistolis: qui schedas citi-  
 torias scribunt et notarij uocantur, dicetur a libellis: qui  
 thesauro prefectus est, a thesauris: qui cubiculis, a cubicu-  
 lis, quem cubicularium, siue camerarium uocant: pocilla-  
 tor, a poculis: scriniorum prefectus, a scri nijs. Qui notant  
 ac recitant acta in iudicijs, ab actis dicuntur, siue actua-  
 rijs. Atque item de ceteris.

### Nouæ salutandi formulæ.

**P**liniano demum seculo natum uidetur, ut quos fama  
 liarij amarent, eos in salute suos dicerent, blandio-  
 re scilicet pronomine, coniunctissimam necessitudinem si-  
 gnificantes. Plinius Calphurnie sue s. d. Ebutius Hispani-  
 le sue s. d. Quod si nobis permittimus a consuetudine ue-  
 terum recedere, tot poterunt esse in epistolis salutandi for-  
 mulæ, quot in congressu. Salve pater optime. Salve mater  
 optima. Saluete liberi dulcissima. Salve mea Terentia cha-  
 risima. Salve multum. Salve plurimum. Salve etiam atq;  
 etiam. Salve quantum mereris. Salve pro tuis meritis. An-  
 tonius Licentio suo multam optat salutem: plurimam sala-  
 tem: perennem salutem. Nam plurimas salutes, aut innu-  
 meras salutes, non au sum dicere, nisi sentiam a diversis al-

latus. Politianus Marcilio suo multam ex animo precatur salutem. Erasmus Fausto suo multam optat saustitatem. Andreas Aegidio soddi iacundissimo multam optat felicitatem. Antonius Laurentius Marco fratri charissimo perpetuam optat in columitatem. Terq; quaterq; salutem meū præsidium. Saluere te iubet tuus Ludovicus. Salutem te iubet, qui ipse non saluet. Salutem tibi dico, quam ipse desidero. Salutem tibi mittit, qui ipse periret. Salutem tibi mittit, quam ipsa, nisi tu dederis, non est habitura. Saluus sis optime sacer. Aue præceptor optime. Has itaq; atque huiusmodi formas, quanquam non uerbis diversas à veterum consuetudine, tamen non uideo quoniam oporteat in totū damnare, modò in loco adhibeantur. Illud genus non perinde probo, Salua sit tua præstantia, tua reuerentia, tua nobilitas, tua dominatio.

Quomodo per alium salutandum,  
aut resalutandum.

**C**rebrum & hoc in epistolis, ut per alios saluteamus alios. Id apud eruditos frè fit his modis. Attico nostro multam ex me salutem dicio. Uxorem tuam ac liberos mellitissimos omnes meis uerbis saluere iubebis. Generum mea causa salutabis officiose. Amicis omnibus communem ex me salutem dicio. Parentem optimum meo nomine salutabis diligenter. Fac ut amicis communibus mei uice salutem annunties. Totam familiam tuam per te meis uerbis salutatam uolo. Non erat otium omnibus scribendi, sed omnibus pro me multam dices salutem. Tu mibi apud amicos omnes uicarius es salutator. Omnibus ex me annuntiabis, me illis omnia leta prece

precari. Gener tuum insit, uti suis uerbis tibi multam salutem ascriberem. Socrui tue optabis proff eram ualedictio nem meo nomine. In salutandis amicis, quoniam in presentia mibi non uacauit scribere, fac Erasmi tui uices gaudeter obeat. Quam blandissime salutabis Antonium, sed meo titulo. Salutasse abbatem meis literis, sed tu mibi apud illum epistole uice fueris. Grauabo te non magna sarcina, ut meo nomine salutem perferas ad socrum meant. Queso ut sodalitatem totam mibi salutes accarate.

### Reddita salutatio per alios.

**A**ttica, quam illi tuis uerbis dixi salutem, libenter accepit, teque uicissim per meas literas saluere insit. Tuam salutem Attica libens accepit, ac suam remittit. Ambrosius salutem quam illi tuis uerbis renunciani, totidem uerbis renumerat. Amici per me tuo nomine diligenter salutati, dederunt hoc negotij, ut te uicissim suo nomine iuberem saluere. Genero tuis uerbis salutem scripsi, nam aberat: is suo noniune tibi multam salutem insit rescribi. Socer tuis uerbis per me salutatus, te uicissimi meis resalutat. Qui me per te salutant, hos omnes mutua salute meis uerbis imparties.

### De epithetis & nominibus adoptiuis.

**N**on nunquam urbanitatis & comitatis est, addere honoris, aut adoptiva cognomina: quorum posterior exemplum est, ut si senem bene de nobis merentem, appellemus patrem: iuuenem nobis charum, filium: noueremus, matrem: sororis maritum, fratrem: quibus adjiciuntur & epitheta, quæ Fabius uertit, apposita. Hæc ueteres parcius aduocabant titulus, etiam si recentium consuetu-

suetudo diuersum obtinuit : sed horum maior erit usus in media epistola. In his illud in primis erit obseruandum, ut si tribuenda sunt, tribuantur apposita personis, & rei de qua agitur. Ecclesiasticis dignitatibus haec sermè congruunt, Beatisime Papa. Pontifex maxime. Summe pontifex. Amplissime pater. Sanctissime presul. Vigilantissime pa-  
stor. Sacratissime pater, uenerande, suspiciende, obser-  
uande, integerrime, religiosissime pater.

Principum epitheta fere sunt huiusmodi,

**C**aesar Auguste. Rex inuictissime. Fortissime impera-  
tor. Dux illustissime. Clementissime princeps. Vir  
generosissime, prepotens, ornatissime, clarissime, splen-  
didissime, Opt. Maxime, quod à Ioue sumptum, quidam  
in Christum transferunt, in quem uerius competit, quam  
in Iouem. Nonnulli etiam ad summos monarchas traduc-  
cunt. Diuos, ac deos appellare reges, ethnici cuiusdam  
Gnathbonissimi est. Dominos appellare, barbaricum, etiam  
si coepit hoc nomen ferre Romana lingua, postquam in-  
genia ingum tyrannicum ferre poterant : mox ecclesie  
proceres, quò different à prophanis, pro dominis, domini  
voluerunt appellari.

Magistratum ciuiliū epitheta fuerint hęc.

**C**onsul uigilantissime. Senator splendidissime. Censor  
grauiissime. Aedilis magnificētissime. Iudex incorru-  
ptissime. Praetor integerrime. Ex his uero qui literas pro-  
fitentur : Theologos graues, synceros, absolutos, sacros,  
ac diuinos appellabimus: Rhetores disertissimos, suauilo-  
quentes, facundissimos: Poëtas sacros, diuinos, claros, no-  
biles, inclytos: Iurisperitos, iuris utriusq; consultissimos,  
pruden-

prudentissimos legum, iuris utriusq; iuxta doctos : Dialecticos, acutos, argutos, inuitatos ; Medicos peritissimos, fidatos, eximios : Mixte doctos, undecunq; doctissimos.

Cognatorum & affinium hæc fere  
sunt epitheta.

**P**ater optime. Mater indulgentissima. Frater charissime. Patrue obseruande. Soror charissima. Vxor suauissima. Nec pos mellitissime. Iucundissime gener, affinis, sodalis, communilite. Ex reliquorū genere, qui nulla certa nota sunt insignes, diuites & autoritate prestantes viros appellabimus : Optimates viros, summates, primarios, nobiales, graues, grauiissimos : Ornatos virtute aut eruditione precellentes : Obseruandos, honorados, colendos, absolutos, eximios, egregios, prudentes, suspiciendos, spectatos, perspicaces, circunspectos. Matronas nobiles, primarias, optimas, integerrimas, probas, pudicas : Puellas, lepidas, bellas, amabiles, optime moratas, pudicas, iucundas, mellitas : Adolescentes ingeniosos, probos, modestos, optimae spesi, eximie indolis, generosæ indolis : Milites, fortissimos, exercitatissimos : Opifices, industrios, solerter, peritos, exquisitos, accuratos. Reliqua sibi quisq; ex his que recessuimus inueniet. Atq; hic quidē cautio sit oportet, non solum ne que alijs congruunt, in alios trāsfaramus : veluti si quis puellā uenerandā, senem iucundissimū, regem pudicissimū, matronam inuictissimam nominet : Verum etiam ne quando manifesto, falsa tribuamus, ut theologum male doctum grauiissimum potius appelles, quam eruditissimum : Praesulem stupidum ac supinū, quiduis potius, quam uigilantem : Regem insigniter auarum, clementē magis dicat, quam

quam munificū. Etenim sibi quisq; conscient, hæc in contumeliam rapit, non aliter, quam si deformem senem, formosum puerum appelles, aut punulionem egregium heros.

Vbi, & quomodo potissimum utendum epithetis,

**H**ec, ut dixi, in salutationibus optarim parcus adhiberi. Ceterum in media epistola quum res agitur, erit his aliquando locus. Quanquam nec hic passim queuis, & sine delectu erunt adhibenda. Nam ut boni ducis est unumquenq; nullum, ita boni oratoris est, unamquamque uocem eo statuere loco, ubi quam maxime posse usui esse. Veluti principem cui gratias ages pro accepto munere, aut à quo uelis aliquid impetrare largitatis, tempestivius munificentissimum, aut benignissimum nominaris, quam fortissimum, aut invictissimum. Adhibebimus autem in loco, si dicemus: Ignoscet primo errori, dux misericordissime. Patere te exorari elementissime Cæsar. Turcarum uim à Christianorum humeris depelle rex invicte. Succurre periclitanti ecclesiæ, religiosissime princeps. Restitue per calumniam oppressos, & quicquid prætor. Non est meum tibi consilium impartiri, vir oculatissime. Tuo consilio nobis subueni, vir prudentissime. Si quidem in his orationibus non sunt otiosa epitheta, sed argumenti uim obtinent. Ut enim probes non esse tuum illi dare consilium, assumis argumentum, quod ipse quum sit oculatissimus, domi consilium habeat, nec egeat mutuo.

De transfigurandis epithetis.

**T**ransfigurantur hæc appositiva nomina nonnunquam haud ineleganter in substantiua, itaq; pronomi-

nominum uicem gerunt: Obscro te pater piissime. Obscro tuam pietatem pater. Gratulor tibi uir fortissime. Gratulor tue uirtuti. Condonat nubi hunc errorcm uir mansuetissime: Condonet nubi hunc errorcm tua mansuetudo. Nostræ stultitiae præsidio sis, quæso, uir sapientissime: Nostræ stultitie tua sapientia sit præsidio. Compescet improborum audaciam uir integerrime: Imperborum audaciam tua compescat integritas. Publica calamitas implorat te princeps clementissime: Publica calamitas implorat tuam clementiam optime princeps. Succurre religioni Christianæ piissime Cæsar: Tua pietas Opt. Max. Cæsar, succurrat religioni Christianæ labanti. Non est hominis imperiti, utro prudentissimo consilium dare: Non est meæ imperitie, tue prudentie consilium dare. Te, inquam, appello uir impudetissime: Tuam, inquam, appello impudentiam. Nonnunquam uehementie causa rem duplicamus, sed inuinita uoce. Succurrat mihi tua benignitas liberalissime Mecenas. Te omnes execrantur homo ignauissime: Tuam ignauiam execrantur omnes homo formidolosissime. Demiror te homo uercordissime: Vero dicam tuam admiror, o demens. His igitur, si modice & in loco uteatur, & grauiorem amplificando reddemus orationem, & argumento iuuabimus sententiam, & sermonem grati uarietate nouabimus. Nam uulgò scriptorum in huiusmodi neque modus est ullus, neque tempestuitatis ratio. Sic enim passim: Dominationis tue literas accepimus. & Reverendissima tua prestantia nubi literis significauit. & Nobilitas tua meo nomine salutabit uxore suam. Et, Charitati tue breuiter  
respon-

respondeo. Et nostra paruitas, dignissime paternitati tuae  
gratias agit. Stultum est ita uitare personam, quasi fas non  
sit ea uti. Et tamen fateor alicubi gratiam habere uocabu-  
lum qualitatis personae loco submissum. Stultitiae meae pru-  
dentia tua sit praesidio. Nostram tenuitatem tua faveat li-  
beralitas. Nostram inopiam tua copia sustineat.

### De adoptiis nominibus.

**V**T autem redeamus ad id, quod superius attigimus,  
V iisdem locis gratia habet adoptionis uocabula: quo-  
ties potentes, quorum autoritate subleuamur, quorum  
beneficentia adiuuamur, patronos, parentes, ac prece-  
ptores nominamus: Feminas, patronas, ac matres: Aequa-  
les amicitia iunctos, fratres, ac sorores: Eiusdem studij so-  
dades, aut eiusdem instituti professores, commilitones, ado-  
lescentes, filios, discipulos, alumnos.

### De superstitione epithetorum.

**F**ugienda est infelicitas eorum, qui se certis uocibus alli-  
gant, quas magica penè dixerim superstitione uel mu-  
tari, uel inuerso proferri ordine, piaculum existimant, per-  
inde quasi Iouē conceptis uerbis euocēt, aut noxios da-  
mones asciscant. Quos nisi rite, certisq; uerbis compelles,  
capitis tui piculo feceris.

sic scribit: Cicero Terentiam suam bene ualere iubet,  
quemadmodum: Cicero Terentiam saluere iubet.

Vale dicendi formulæ aliquot.

**V**ale. Vale recte. Bene uale. Cura ut quam rectissime  
ualeas. Etiam atque etiam cura ut ualeas. Da ope-  
ram ut belle ualeas. Communem ualentudinem fac cures  
diligenter. Si tu recte uales, nos iandudum ualimus. Va-  
letudini tue, si quidem nos ualere uis, omni solicitudine  
fac scribas. Adnitere ut quam optime ualeas. Sit tibi curæ  
tua ualentudo mi Tyro. Si quidem nos amas, ualebis mi  
Cicero, meq; mutuò diliges. Fac ualentudinem tuam sum-  
mo tucare studio. Valeto. Scribā alijs copiosius, interim  
nabi ualebis. Adcro ad calendas Maias, interea curabis ut  
ualeas. Da operā ut sis prospéra ualentudine. Age curā ua-  
letudinis tue. Si quid erit quod uelutinus eius cui scribi-  
mus animo inhærere, solet post uale subjici: Vale, nosq;  
quod soles, ana. Vale nū Petre, & hoc unum fac memu-  
neris, te inter uenena uiuere. Iam uale. Valebis autem, si  
philosophiam amplecteris. Vale, & quiequid acciderit,  
amnon ueni, non quaestus, non noctri memor. Valeto, &

respondeo. Et nostra paruitas, dignissime paternitati tuae  
gratias agit. Stultum est ita uitare personam, quasi fas non  
sit ea uti. Et tamen fateor alicubi gratiam habere vocabu-  
lum qualitatis personae loco subnussum. Stultitiae mea pru-  
dentia tua sit praesidio. Nostram tenuitatem tua foueat li-  
beralitas. Nostram inopiam tua copia sustineat.

### De adoptiis nominibus.

**V**T autem redeamus ad id, quod superius attigimus,  
ijsdem locis gratia habet adoptionis vocabula: quo-  
ties potentes, quorum autoritate subleuamur, quorum  
beneficentia adiuuamur, patronos, parentes, ac prece-  
ptores nominamus: Feminas, patronas, ac matres: Aequa-  
les amicitia iunctos, fratres, ac sorores: Eiusdem studij so-  
dales, aut eiusdem instituti professores, communiones, ado-  
lescentes, filios, discipulos, alumnos.

### De superstitione epithetorum.

**F**ragienda est infelicitas eorum, qui se certis uocibus alli-  
gant, quas magica penè dixerim superstitione uel mu-  
tari, uel inuerso proferri ordine, piaculum existimant, pere-  
inde quasi Iouē conceptis uerbis . . . .

### Quomodo dicendum, Vale.

**Q**uemadmodum à salutatione auſpicamur epiftola,  
ita dicto uale, claudimus. Nisi quodd apud Grecos  
χάρην utroque loco ponitur, sed in calce rarius. Item  
apud Latinos ſalutem. Vale non dicitur, niſi in digreſſu,  
quēadmodū nec apud Grecos ἡγέρον. Hoc intereft, quodd  
ſalutatio nonnūquam ſic effertur, quaſi recitetur à tabel-  
lario. Cicero Trebatio ſalutē dicit. Vale, ſemper ad scri-  
bentis personam accōmodatur. Vale mea Terētia. Nemo  
ſic

*sic scribit: Cicero Terentian suam bene ualere iubet,  
quemadmodum: Cicero Terentiam salucre iubet.*

Vale dicendi formulæ aliquot.

**V**ale. Vale recte. Bene uale. Cura ut quam rectissimè  
ualeas. Etiam atque etiam cura ut ualeas. Da ope=   
ram ut belle ualeas. Communem ualestinem fac cures  
diligenter. Si tu recte uales, nos iandundum ualemus. Va=   
letudini tue, si quidem nos ualere uis, omni solicitudine  
fac scrius. Adnitere ut quam optime ualeas. Sit tibi curæ  
tuæ ualestudo mi Tyro. Si quidem nos amas, ualebis nū  
Cicero, meq; mutuo diliges. Fac ualestinem tuam sum=   
mo tucare studio. Valeto. Scribā alias copiosius, interim  
nubi ualebis. Adero ad calendas Maias, interea curabis ut  
ualeas. Da operā ut sis prospera ualestidine. Age curā ua=   
lestidinis tue. Si quid crit quod uelimus eius cui scribi=   
mus animo inhæcere, solet post uale subjici: Vale, nosq;  
quod soles, ama. Vale nū Petre, & hoc unum fac menu=   
neris, te inter uenena uiuere. Iam uale. Valebis autem, si  
philosophiam amplecteris. Vale, & quicquid acciderit,  
cogita te mortalem esse. Vale nostri memor. Valeto, &  
nominis immortalitati totis neruis incubito. Vale meum  
deus, & caue ne tibi excidat, quod admonuimus de fra=   
tris negocio. Nonnunquam & post dictum uale subjici=   
mus, quod nos fugerit, aut quod ideo singimus nos fugi=   
se, quō tenacius insidieat animo. Vale mi More. Sed heus  
tu, propemodum præterieram, quod in primis dictum  
oportuit. Vale. Iam parabam obsignare literas, sed quia  
præter spem ocij nonnihil obtigit, libet etiā diutius tecum  
garrire. Vale. Sed iam obsignaturo epistolam, illud per=

commode uenit in mentem. Valebis. Sed mane paulisper:  
 nunc demum occurrit animo, quod primo loco dictum  
 oportuit. Vale. Sed ô me obliniosum, penè sero socii  
 tui negotium mihi uenit in mentem. Vale. Iam cere ad-  
 moueram anulum. Papæ, quām penè me fugerat, quod  
 omnū maxime scire te uolebam. Valebis. Sed si illud prius  
 admonuero, ut à fucatis amicis te subducas. Vale. Eia, de  
 libro nunc demum sese offert memoriae: ne cui credas, nisi  
 uideris meum chirographum. Vale iterum atque iterum.  
 E quidē non possum desinere, adeò mihi dulce est cū ani-  
 co iucundissimo confabulari. Vale iam tertio. Sed prius  
 quām ob signem epistolam, unum illud addam. Vale. I am  
 epistolam complicaueram, cum adiret me gener tuus, qui  
 te iusgit saluere plurimū suis uerbis. I am ob signaram epi-  
 stolam, quam alteras tuas ad me literas reddidit uereda-  
 riis. Itaque resignauit, & eadem opera binis tuis respon-  
 deo. Huiusmodi figuræ non hoc tantum in loco, uerū alias  
 etiam habent gratiam, si quid Fabio credimus. Nam &  
 amouent suspicionem fuci, & artificij, & lectorem dor-  
 mitabundum, uelut ad rem nouam ex pergesciunt. Repe-  
 riuntur apud Christianos dicendi uale formule diverse  
 ab his, non tamen in totum dammandæ, mea quidem sen-  
 tentia. Incolumem te nobis diu seruet Opt. Max. Iesu.  
 Paxit Christus autor omnis salutis, ut nobis & quām  
 diutissime, & quām rectissime ualeat. Diu te nobis ac  
 Reip. sospitem uelit esse dominus Iesu. Huius generis for-  
 mas si quis effingat accomodas, non arbitror reprobendē-  
 dum. Cæterū alienas illas coronides, dureq; affectatas, non  
 serā. Vale in eo qui uastum cingit fluctibus orbem. V ali-  
 dum

dum te seruet, qui mare & terras, uarijsq; mundum tem-  
perat horis. Quid enim terra mari cincta facit ad uale-  
dinem tuam? Aut quid annus in quatuor partes digestus?  
Mollius erat: Ille qui solus sanat omnem ægritudinem,  
donet tibi ut quam optime ualeas.

**Quid post uale.**

**P**ost uale continenter locum ac diem ascribit ueteres.  
Locum uarie, bis quidem modis. Datum Romæ, da-  
tum è Roma. Scriptū Mantua, siue è Mantua. Aut omis-  
so participio, Carthaginæ, Lutetia, Athenis. Ex arce no-  
stra. E' villa paterna. Ex nostro Formiano. E' castris Cæ-  
sarianis. Ex regia Britannie. Ex nostro museo. E' naui.  
Ex pandocheo. Nam hoc quoque nonnunquam iuuat di-  
scere, ubi fuerit amicus qui scribit. Et locus ac tempus non  
nunquam excusat epistolam neglectius scriptam. Tempus  
priuatum his ferme modis ascribitur. Ruri ad multam no-  
cte. Putolis prima luce. Ex hortis suburbanis. Inter coe-  
nandum, aut mox à coena. E' paternis ædibus crepusculo.  
Ex littore marino ad lunam. Ex aula Cæsaris, nocte con-  
cubia. Noctu, multa nocte, profunda nocte, alia nocte, plu-  
rima nocte, nocte intempesta. Sub gallicinium. Ex balconis  
pomeridianis. Tempus publicum bis rationibus additur:  
Anno à Christo nato, millesimo quingentesimo. Anno à  
natali Iesu Christi quingentesimo supra millesimum. An-  
no à uirginis partu, millesimo trecentesimo nono. Anno  
ab orbe redempto, post millesimum quingentesimo. Anno  
à Christo passo, sexagesimo sexto. Anno ab hominum ge-  
nere restituto. Anno salutis humanæ. Quidam auſſican-  
tur annum à natali Christi, quidam à calendis Ianuarijs,

quidam à die pasche, quidam à festo annunciationis. Atq;  
ex hac re s<sup>e</sup>penumero captio nascitur parū attentis: quā  
uarietatem expediret tolli ē rebus mortalium. Veteres ab  
orbe condito suppertabant. Greci numerabant Olympia=  
des, quemadmodum alij indictiones. Romani primum ab  
urbe condita numerabant: mox per consules designabant  
annum, quod is magistratus esset annus. Ascribitur &  
mensis, & dies mensis. Rome calendis Januarijs, sine 1= =  
nuarij. Ad calendaras Januarij, uel Januarias. Nonis Mars= =  
tijs, uel Martij. Idibus Iunij, uel Iunij. Ad Idus Iunias.  
Pridie calendarum Januarij, uel pridie calendaras Januarij.  
quod posterius apud autores probos est usitatum. Postri= =  
die calendaras Octobres, uel calendarum Octobrium. Ter= =  
tio calendaras Augustas, uel Augusti: uel, ad tertium calen= =  
das Augustas. Recentius est autem, quod quidā à princi= =  
pe mensis die suppertant: Die mensis Iulij uigesimo octa= =  
uo. Errant autem, qui prepositionem ad, additam, existi= =  
mant semper tempus reddere incertum. Etenim quam M.  
Tullius frequenter sic ascribit diem: Ad x v. Cal. Febr.  
num ita potus erat, ut quo die scriberet, ipse nesciret! In  
hic sermo sumptus est à Grecis, qui τὸν ἐπὶ τιμῆς di= =  
cunt, pro τιμῆς. Ceterum si quando de tempore ambi= =  
git qui scribit, hoc pacto scribere licebit: Anno circiter  
nonagesimo supra millesimum. Anno plus minus quingen= =  
tesimo. Ad annos circiter nonaginta. Annos ferme nona= =  
ginta. Dies qui calendarum diem, aut nonarum, aut iduū  
proxime antecedit, non est aliter designandus, quam per  
adverbium pridie. Pridie calendaras Januarias. Is enim est ul= =  
timus dies mensis Decembris. Qui proxime consequitur,  
duplici

duplici modo notari potest: Postridie Nonas Iunias: sive, Octauo Idus Iunias. Nec absurdum est, quod nonnulli noctis festis indicant dies. Natali Christi. Natallito virginis matris. Pridic natalis Ambrosiani. Ferijs paschalibus. Die à natali Ioannis Baptiste tertio. In scriptis, ubi cum periculo posset errari in tempore, profuerit eundem diem, aut annum varijs notis indicare: ut, Anno à Christo nato M. D. Alexandri pontificis decimo. Nonis Aprilis, postridie pasche. Etenim si scriptoris uitio contigerit depravari numerum, unum ex alio poterit restituiri.

### De ordine epistolari.

**O**Rdinem in epistolis vel à natura, vel ab arte licebit petere, sed ab arte infrequentius. Nā si in actionibus forensibus, omnis ferè dispositio à consilio sumitur, nō preceptis: quanto magis id faciūdū in literis quae leguntur, nō audiuntur: & leguntur à docto, non à vulgo! Postremò quae nullū omnino nonnunquam habent ordinē: & si habent maxime, melius dissimulat, quam ostendunt. Quare superstitione faciūt, qui libertate illā epistolare, certis partibus aligāt, atq; eiusmodi scrutati includāt, cuiusmodi ne orationes quidē tenere Fabio placet. In simplicibus argumentis, cum sequamur ordinē, quē consilii nobis dictauerit, nō praeceptiuncule. In consuaneis epistolis, in quibus innumerabilē propē rerū accruius cogitur: aut ut quicquid in buccā uenerit, ita effundemus: aut ordinē aliquē à tempore, loco, personis, aut rebus imaginabimur, eum crebris transitiunculis breuiter significabimus. Quas quidē vel à finalibus, vel à dissimilibus, paribus, imparibus, contrarijs, disparatis, relatim fingemus ad hunc modum. Habet

aniuum monstrosum, nunc corpus accipe monstroso ani-  
mo dignū. Mea in illum officia tenes, iam quam ille gra-  
tiam retulerit, cognosce. Sed hec adbuc puer, iam que  
adolescens designarit, referā. Verum hec tibi cum multis  
cōmunia, illud tuae proprie laudis. Sed boleue, illud non  
tolerandū. Sed hec in suis sordibus esse fatetur, ueniamus  
ad splendida. Sic episcopatū est assēquutus, nunc audi quo-  
modo gesserit. Sic emit magistratum, nunc dicam ut epi-  
scopatū administraverit. Adbuc uetera diximus, illud no-  
num & inauditum. Sed hactenus iocati sumus, ueniamus  
ad seria. Sed tristia mittamus, revertamur ad letiora. Ha-  
bes Britannici itineris tragediam, nunc Gallicas accipe  
comœdias. Vulnus aperuit, nunc remedium ostendam. Sed  
hoc nihil ad nos, illud uebementer mea refert. Ad primas  
tuas habes, nunc reliquis respondebo. Minuscule tuæ epis-  
tole respondi, uenio ad maiorem. Priori tuae epistole sa-  
tis factum, ad alteram accingimur. Que hic gerantur au-  
disti, nunc ad literas tuas ordine. Sed hec me magnopere  
delectant, illud male habet. Quid doleam, habes: nunc  
quid metuam, accipe. Sed hec spes tantum erat, illud iam  
tenebamus. Quantam rem suscepis, ostendi: nunc qua-  
ratione perfici, disce. Tuis de negocijs habes, nostræ  
uero res sic habent. Prioribus tuis, opinor, respondimus,  
nunc ad posteriores accingar. Habes forensia, nunc do-  
mesticas res accipe. Rusticanas res habes, nunc urbanas  
accipe. De tuis habes ad omnia, de meis nunc uicissim ac-  
cipe. Sed iam satis diu de Rep. ad domestica ueniam. Sed  
hec rumore tantū cognouimus, illa uidimus ipsi. Dixi du-  
cem, nunc tibi pacis moderatorē describā. Sed hec corrigi  
possunt

possunt, illud ne leniri quidē ullā arte potest. Turpisimā audisti, audi turpiora. Quid ingratius? sed audi etiam integratoria. Omnibus ferè de rebus habes, illud unum addā. Consilij mei rationem habes, nunc quid te facere uelim aperiam. Sed iam nimis multa de externis, de nostris pauca cōmemorabo. De partu, recte: de diuinito, discrucior. De affinitate noua uoluptatem nuncias maximam, sed de Celsiano uita defuncto, acerbum profectò nuncium. Huiusmodi transituunculis commode excogitatis, tanquam annulis quibusdam inter se connecti poterunt, quæ natura non cohærebunt: pariterq; fiet, ne tanquam scopæ disjuncte, turpiter diffluat epistola, & legetur libentius, & intelligetur facilius, & herebit diutius. Quare connexiōnibus brevibus, & aptis, crebrius uti conuenit: non in hoc solum genere, uerum etiam in simplicioribus argumentis, quibus ea quoq; quæ natura sunt perpetua, interseremus, quo legentis animus subinde renouetur.

### Mixtæ epistolæ exemplum.

**M**ixte epistolæ exēpla, quanquam apud Ciceronem plurima suppetunt, maximeq; ex ijs, quas ad Atticū, & Qu. fratrem scripsit, tamen necubi nostram operam studiosi adolescentes desiderent, unum subiiciemus.

### Domitius Lucio suo S. D.

**S**Eculum exīsse scribis, quod ne litera quidem à nobis adfertur. quanquam impudens īπόσον: nam seculum istud uixdum etiam trimestre: tamen ut me sine culpa incusari doleo, ita tuo nostri desiderio maiorem in modum delector. Nos uix demum post Vlyssæos errores ad musas rediūmus, nondum satis etiam placatas:

Expostulat adhuc, & queritur sibi parū obtuperatū à nobis fuisse, qui quidē felicissimo literarū ocio relicto, tātis fluctibus memet iniecerim. Lucubrations tuę nitidissimis formulis excuse, nuper in uulgo exierunt bonis, ni fallor, auibus: nā pāsim & à distractioribus, & à studioſa iuuentute rapiuntur. Necq; desunt tamen Moni quidā, qui Veneris sandaliū calumniētur, ne nihil in absolutissimo opere reprobendāt. Styli nouitātē sub accusant, id est, antiquitatem: quod ego tamen summam laudem interpres tor. Quare tu hac aequo animo frēs, ne tibi Vergilius innideat, cuius cœlestis eruditio buiusmodi Momos non potuit effugere. Nos quoq; dialogū nostrum incudi redditum perpoluiimus, is ianudū in bibliopolarū est officinis, editionis deā subiturus. Ceterum modo ab Aristotele, cuius signa à pueris sequiſumus, desciuimus, eq; Lyceo, & ambulacris illis, in Platonicā famuliam transmigravimus. Et adeò defectionis non pānitet, mihi Luci, ut te quoque ad meā Academiam sollicitare non prius sim desiturus, quam persuaserō. Verum de scholis aliās: nunc ad politica. Hic omnia plausu, lētitiaq; perſtrepunt. Mediolanū receptū, dux à uictore in Galliā deportatus. Galli successu uictorie sublati, maiora moliuntur, & iam Italiæ manātur. Nunc ad domēstica ueniam. Cetera ut uolumus: nepotulus tuus iam mensēm febricula afflictatur, sed medicus bene sperare iubet. A nobis neque pecuniae parcitur neq; ulli rei, que ad illius ualitudinē curandam pertinet. Ambrosium, qui tibi debet, iam tuis uerbis ſepiuſ appellauī, ſed homo planè faciē perficiuit: quare aut nō men condones censco, aut obtorto collo horūnem in iuc trahas.

trahas. Etiam si uereor, ne oleum & operam omnem luſtis. Elabetur aliquà Proteus: sed de hoc tute statues. Domesticae res sic habent. Nunc ad tuam epistolam. De Britannia adeunda, quid ita mibi in mentem inciderit, demarari tecum scribis, ita credo, quia parum feliciter euenit. Quid facerem? Orabat is, cui negare fas non erat, & per aestiuos menses in Gallia desidendum erat. Purabam esse aliquid, eadem opera, & amicissimo homini gratificari, & insulanorum multorum literis nobilem uiserc. Postremo, fatebor enim, nonnihil etiam nonnisi atque emolumenti spes solicitabat. Consilium habes nostrum, nunc euentum accipe. Ad redditum usq; se quunda omnia.

— Facilis descensus Auerni.

Sed renocare gradum, superasq; euadere ad auras,  
Hoc opus, hic labor est. —

Prius quam navim conſcenderemus, in littore omnis mea pecuniola naufragium fecit. Ceterū placidissima nauigatio Gefforiacum appulimus. Hic denuo portitor omnes crumenae angulos rimatur, ac Douariensem portitorē devouet, qui ſibi predam præripuerū. O' ſceleratum inquietus littus. Imò amucum & salutare. nam niſi me nudū Britania remiſſet, aetum de nobis fuerat. Siquidem in Gallia in latronū ficas incidi, à quibus ſola me nuditas ſcrutauit. Nam aduersus hoc hostium genus, nullis armis melius defendimur, quam inopia. Lutetiam deniq; reuersum febris astutissima excepit, que loculos pariter & corpus exhausit. Habes non malī consiliū pessimum exitum. Quod mibi de noui honoris aſceſſione tam ex animo gratularis, morem tu quidem antiquum tuum obtines, ut amici

Nandatoris

cili

cali commodis propè uehementius, quam tuis ipsius gau-  
lamentatio. deas. de Casij morte næ tu nabi luſtum acerbum annun-  
cias. Quòd Vari nebulonis improbisimū impudentiā fre-  
gisti, ò quam factū bene. Sed quid ats: Petronium'ne gla-  
diatorio animo ad te uiam affectare, & tibi tam odioſe  
negocium facere? An hoc quoq; portentum tuæ virtuti

**Gratia.** fata destinarunt? Quòd Antonius de nobis amantissime  
& loquitur & sentit, noni nibil nuncias. Quòd librum  
tam impendio carpit Zoilus, incredibile quam nabi pla-  
ceam, ut illi me intelligo magnopere diligere. Fratres è  
turpi simultate, te autore in gratiam redisse serio gaudeo.

**Monitoria.** Dabis operam ne quando quod sartum est, rescindatur.  
Nepotem tuum tam solicite nabi toties abs te commen-

**Offidols.** dari subiracunde fro. I gnoscet, non tibi concedo, ut ille  
tibi magis curæ sit, quam nabi, etiam si cun annas pluri-

**Gratulatio.** m. Quòd hereditaria pecunia es auctus, neque me us  
tibi gratulari, neque gratulandum puto. Qui enim non  
uel Croesi dinitijs illiusmodi hominis consuetudinem an-  
teposuerit? Sororē tuam filiolo auctam, te nepotulo, uo-  
lupe est. Eam rem spero superi bene fortunabunt. Gene-  
ram tibi voluptati esse gaudeo. Ab in filium nimium se-

**Deprecatoria.** sis. Memineris facito, illum & hominem esse, & puerum,  
teq; idem quod ille est, fuisse. An illum us repente nasci  
scenem? Age mitte hanc noxam, me precatore, meoq; peri-  
culo. Ad me recipio illum postbac emendatiorem fore. Sed

**Iocosa.** ò Deum immortalem, quantos risus tu nabi nuncias? Ita' ne  
Sibellius bibit, & fugit? Multū æris reliquit, sed alieni.

**Monitoria.** Tandem fatearis oportet, me uatem esse optimum. Quan-  
to ante fugam istam proflexi, & præcini? Consilium  
tuum

tuū de nauigando neutiquām probo. Terrent me hyber-  
 ni menses: sinus naufragij infamis: tua ualetudo nondum  
 etiam confirmata. Sed de hoc ipse wideris, me certe autore  
 non facies. De pucro amandando, sanus ne es? Certe differ  
 in redditum meum. Quod de filie nuptijs cogitas, ego tue  
 sententiae uebementer subscribo. Habes ad omnem episto-  
 lam tuam. Sed beus tu, illud unum me fūgerat: fundus tuus  
 si est uti describis, suprà modum me delectat: tum ædifi-  
 cium, euge quām scitè abs te cogitatū. Iam istibuc gestio  
 reuolare, ut in Academiola nostra, ab ómni urbano stre-  
 pitu semoti pariter philosophemur, certemusq; utrū ego  
 te ad Academicorum partes abducam, an tu me per fugam  
 in Peripateticorum familiam reuoces. Hæc meditare, dum  
 accuro. De ædificio te, quamquām architectūlum tantum, locosq;  
 tamen hoc unum admonebo, ut coenaculum speciosis fre-  
 quentibusq; luminibus illustrē fiat. In hortis platanus sit  
 patulis diffusaramis, & prope fonticulus aqua frigida  
 subscatens, ut musas quoque, si quando uidebitur, posse  
 mis accessere. Respōdimus tuis, nunc quid hic agatur ac-  
 cipe. Nos certe hic in granissimo es tu, tamen frigemus.  
 Pontifex meus montes ille quidem aureos promittit, sed  
 promittit tantiam, mittit nihil. Ceterū spe Craſi diuitias  
 uincimus. Ut ut res cadent, nos certe utemur firo. Tu mihi  
 N.toto pectore, id quod per te facis, in nominis intor-  
 talitatem incumbe. Iam orbis propè uniuersus ingenij tui  
 expectatione suspensus, nescio quid cœlestē sibi de tua  
 uirtute promittit. Et cum in locū res adducta est, ut desi-  
 stere turpisimum fuerit. Nos hic glorie tue propagāde  
 magno ardorem studio. Nepotulos meos ideo tibi non  
 committis

Dissensoria,  
Domestica.

Transitio.

Exhortatio,

Commendatitia,  
committis

cōmendo, quoniam cōmendatissimos esse scio. Scriptoram

**Transfūcio.** hēc multa quidem nocte postridie daturis, & ecce tibi  
ante lucem de yepente Lucilius adest: uixq; resalutātū ec-  
quid abs te literarū apparet, rogo. Negabat quicquam  
eſſe scriptorum, sed multum omnino rerum nouarum tuis  
uerbis nūcianit. Primum nauigandi te mutasse consilium,  
**Gratulatio.** id quod ego utriusq; nomine uebenēter gaudeo. Camini  
fucatam benevolentiam in apertam simulatē tandem eru-  
pisse, adeo nōcileste non fero, ut etiam gratuler tibi. Nān  
personatus amicus damnum dare poterat: apertus hostis,

**Gratiarū actio.** Quid tandem est quod poſſit nocere? Quōd pro nostra exi-  
ſitione tanta cū inuidētissimis hominibus dimicationē  
ſuscepisti, non ego tibi tanquam pro nouo officio gratias

**Moniteria.** agam, quum id facere nunquam definiſs. Quōd de adiun-  
gēda Demetrij affinitate nos cōſulis, quanquam ipſe con-  
ſilio abundat, tamen in redditum nostrum rem proferas cē-  
ſeo. Corām agere p̄ſtabit. Plura tecum garrire libebat,  
quid enim faciā libentius? Sed iandudum accinctus tabellio  
literas efflagitat. Quare ualebis ipſe, nostrosq; omnes ua-  
lere meis uerbis iubebis. Datum Aureliae Nonis Decemb.

### Ep̄ſtolarum genera.

**H**uiusmodi literarum genere ex uarijs rebus cōſarcia-  
nato familiares inuicē persepe utuntur. Nunc sim-  
pliciū genera proponemus. In presentia ne cōſiliij quidē  
est omnes ep̄ſtolarum formas recensere, id quod non nu-  
nus infiniti negocij puto, quam Libycas arenas pernu-  
merare. Nān quōd M. Tul. ad Curionem tria ep̄ſtola-  
rum genera facit: non id agebat, ut ſingulas literarū ſpe-  
cies diſtingueret, ſed ut propositæ complexioni ſcuiret.

Educerò diuinio quæ non ex argumenti uarietate, sed ex characteris conditione ducitur, parū mihi uidetur ad descendum apposita. Quod si quis ex argumentorum differentia formas cōmetiatur, quam illorum infinita sit uarietas, quis erit formarum modus? Quid enim est in rerū generere quod literis nō committatur? In his gaudemus, dolemus, speramus, metuimus. In his stomachamur, expostulamus, blandimur, querimur, iurgamur, bellum denunciamus, in gratiam redimus, consolamur, cōsulimus, deterremus, minamur, excitamus, compescimus, narramus, describimus, laudamus, uituperamus. In his odimus, amamus, miramur, deliberamus, pascimur, conuiuamur, nugamur, somnianus deniq; ecquid tandem non? His tanquam certissimis ministris, omnes animi affectus, his publica, his privata, his domestica credimus. Quare in re per se infinita eam moderationē adhibebimus, ut neq; summa tantum genera ponamus, neq; minutissimas quasq; partes frustulatim concisas persequamur: ne aut nimia paucitas studiosis non multum adferat adiumenti, aut immoda diligentia id demum, quod ait Fabius, aſsequamur, ut quem nimis multa, needū tamen omnia uideamur dixisse.

### Tres omnium generum fontes.

**R**erorum pleriq; tria causarum genera placuerunt, suasorium, encomiasticon, & iudiciale. Ad hæc tanquam ad fontes pleriq; literarum forme referuntur, ut suasorio bas serè partes subiiciantur: Conciliationem, reconciliationem: exhortationem, dehortationem: suasionem, dissuasionem: consolationem, petitionem, commendationem, monitionem, amatoriam. In demonstratio genero Demonstratio, uersan

Sasori par-  
tes.

uersantur descriptiones, personarum, regionum, prediciorum, arcium, fontium, portorum, montium, monstrorum, tempestatum, itinerum, conuiuiorum, edificiorum, pomparum.

**Iudicialis.** Ad iudiciale genus, hec serè referuntur: Accusatio, querela, defensio, expostulatio, expurgatio, exprobratio, comminatio, inuestigatio, deprecationis. His tribus quartum genus

**Familiaris.** accessere licebit, quod, si placet, familiare nonunemus.

Eius eiusmodi ferme species esse possunt: Narratoria, qua rem apud nos gestam, loge positis exponimus. Nunziatoria, qua nouarum rerum quippiam annuncianus, siue de publicis, siue priuatis, siue etiam domesticis. Gratitudatoria, qua amicorum felicitatem nobis iucundam esse testamur. Lamentatoria, qua uel nostra, uel necessariorū incōmoda deploramus. Mandatoria, qua negotijs quippiam alij nostro nomine gerendū cōmittimus. Est quæ gratiarum habet actionem, qua nobis gratum fuisse benemerentis officium declaramus. Collaudatoria, qua puerū, aut qui in nostro sit imperio, officio functum laudamus. Officiosa, sic enim uisum est appellare, qua operā ac studiū ultro pollicemur aruco. Iocosa, qua cuiuspiam animum festiuā urbanitate delectamus. Verum de his prudens supersedebo, propterea quod ut incantatores certas quasdam preculas, ita isti formulas quasdam prescriptis habēt, ut ne apicem quidem sine summo rerum humanarum diuinarumq; discribunne putent demutari posse. Nos eorum conatus, nostris præceptionibus adiutamus, qui ad optimum scribendi genus adnituntur: non qui uel arrogatissima superstitione, quod semel arripuerunt, id pro optimo defendunt: uel ad sordidissimum lucellum toto pectore inbiantes, pro optimis

optimis pefima sequi malunt. Quid enim ijs præcipias,  
quibus ea demum epistola optima est, que quæstuosissi-  
ma? His disputatoriam, scisitoriam, doctrinalemq; adi-  
cias licebit. In quibus et theologice, et ethicæ contine-  
ri possunt. Neq; uero me preterit, apud Græcos esse qui  
epistolarum genera diuidat hunc in modum, ut φιλικὸν Epistolarum di-  
dicatur, quam amicus scribat amico. εὐτελὲς, qua quem= uiso secundum  
piam alteri comunendamus. μητρικὸν, qua desideramus in  
diquo officium. θεσμικὸν, qua cuiquam exprobramus in-  
gratitudinem. πραγματικὸν, qua consolamur afflictos in re-  
bus aduersis. ιδιωτικὸν, qua increpamus aliquem lapsum.  
νομικὸν, qua liberè admonemus, quid sit agendum, quid  
non. ἀπόδοτικὸν, qua communamur alicui, ac metum iniici-  
mus. τυθικὸν, qua morum improbitatem alicui exprobra-  
mus. ιταρικὸν, qua collaudamus aliquem officio functum.  
εργαλεικὸν, qua consulimus, quid nobis uideatur opti-  
mum factu. ἀγιωματικὸν, qua deprecatores intercedimus  
pro aliquo, qui deliquit. ιστορικὸν, qua scisitamur,  
aut percontamur ab alio quod scire cupimus. λογοτικὸν,  
qua percontanti respondemus. ἀληφικὸν, qua teclis uero-  
bis significamus cuiquam, quod ab eo solo, cui scribimus,  
uolumus intelligi. διτίθεμα, qui reddimus causas, cur  
aliquid aut factum non est, aut non est futurum. κτημα-  
τικὸν, qua quempiam incusamus. ιποτελεκὸν, qua nos pur-  
gamus. οἰχαιρικὸν, qua gratulamur amico suam felicita-  
tem. ἀριστικὸν, quum diversa scribimus, ac sentimus. ἀπόδε-  
καιοκὸν, qua gratias agimus pro officio in nos collato.

Has epistolarum formæ tantum recensent, et exemplum  
qualecunque subiiciunt, nec indicant, qua ratione ge-

nus unum quodq; tractandum sit. Quod si maximè faceant, tamen ipsa generum distributio, non uidetur ab ulla ratione profecta. Nam quod appellant φιλικόν, non ab argumento sumptum est, sed à persona. Alioqui quos familiariter amamus, hos admonemus, obiurgamus, exhortamur: cum his iocamur, aut expositulanus. Extat & Philostrii prefatio, de charactere epistole, admonens nos, quod epistolam non oporteat nec Atticam esse plus satis, nec omnino carere Atticisimo: quod hoc ipso figurata sit, quod figurata non est: quod tametsi ciuilis sit, tamen non abhorreat à mollitudine: quod in brevioribus epistolis licet circulum absoluere, in prolixioribus non item, nisi uel in calce, uel in epilogo, uel epiphonemate: quod perspicuitas præcipue congruat epistole. Hec ut sunt ab illo festiniter Græcè scripta, ita non video, quid adiuuet adolescentes ad recte scribendum. Nos igitur iuuentutis industrie consulere pro uirili cupientes, diversam generum distributionem sequi maluimus. Sed ecce properantem aliò, me uelut è cursu reuocat, auremq; uellitat secreta riorum chorus, qui principib; sunt ab epistolis. Ita ne nostri, inquietunt, Λατερ τὸν μηδέποτε ἀδεῖον λόγον; Verum his difficile sit aliquid prescribere, quorum calamis liber non est. Sed quemadmodū præcipit Martialis, ut coquas habeat gulam domini, itidem isti coguntur affectui principū seruire: quos illud tantū obiter admonebo, ut ubique doctrinam sermonis facilitatem, ac perspicuitatem sectentur, ac decori cum priuis meminerint. Id metiendum erit, non ab ipsorum animo, sed ab eorum fortuna, morib; quorum nomine scribunt. Haec tenus igitur epistolarum genera quā

*re quatuor proposuimus, & sum cuique generi formas  
subiecimus: nūc ordine de unaquaq; specie præcipiemus.*

Quid inter exhortationem  
& suasionem.

**A**C primum finitime admodum inter se sunt, exhortatio, & suasio, quas nos tamen dicendi gratia separavimus: idq; fecimus neq; sine exemplo, neq; citra iudicium, propterea quod & veterū nonnulli in arte dicendi, exhortatorum genus à deliberatio disiunxit, & ipsi nōnibil discriminis perspicueremus. Siquidem nec eodem tendit utrumq; neq; via simili. Nam suadendo id agitur, ut uelis: exhortando, ut audeas. Suasio probationibus docet: exhortatio stimulis excitat. Suasor sententia mutat: exhortator animatum addit. Suademus aut errantibus, aut certe hésitantibus: exhortamur cessantes, aut etiam iam currētes. Quare si rem ad uinam excutiamus, exhortatio suasorie epistole pars erit, nempe epilogus, qui affectibus constat, non argumentis. Neq; cum suadenti sat erit, quid sit optimū factū docuisse, nisi & stimulos subiiciat, ne uel difficultate, uel periculo deterriti, uel ignavia retardati, quod optimum esse uiderimus, non sequamur. Sed ut in suasionem ferè semper incidit exhortatio, ita in hac non raro contingit uti suasione. Est autem utrumq; officiosum literarum genus, cuiusq; usus maximis, munimisq; in rebus quam latissime pateat. Atq; hoc maiore cura, diligentiaq; nobis erit pertractandum.

De exordio epistolarum.

**S**ed illud unum prius in genere studiosis adolescentibus præcipiemus, ut epistolam scripturi, non statim

præcepta respiciant: aut ad libros, unde uocular, senten-  
tiolas ue aliquot mutuentur, confugiant, sed prius res,  
de quibus scribere constituerint, solertiſſima cogitatione  
diſpiciant: tum eius, ad quem scribitur, naturam, mores,  
affectiones que omnes perspectos habeant: quantum etiam  
ipſi apud eum uel gratia, uel autoritate, uel meritis de-  
nique ualeant. Eaq; bis omnibus diligenter penſiculatis,  
epiſtola e tanquam uiuum exemplar ducant. Quo conſti-  
tuto, tum demum nibil e quidem morabor, quo minus lo-  
cos aliquos ex autoribus petant, unde tum uerborū opti-  
morum, tum ſententiārum copiosam ſupelleſtīlem poſ-  
ſint mutuari. Eaq; omnia oportebit, commode demutata,  
ad rem præsentem accommodare, ne ueluti male aſſuta,  
maleq; conſerruminata, hoc ipſo furtiuā deprehendantur,  
quod pefſimē cohærent. Quin Maronis ingenium potius  
imitetur in alienis aſcendendis, ut nō aliunde corrogata,  
ſed domi noſtre nata uideantur. De exordiēda epiſtola,  
illud etiā in uniuerſum trademus, hoc in genere principij  
rationem eſſe minus diſſicilem, quam in orationibus. Pro-  
pterea quod illuc ſaþe fit, ut orator iudicis animum, &  
mores penitus pernoſſe nō potuerit: & quoties apud cō-  
plures cognitores agitur, hoc etiā accedit diſſicultatis, ut  
quo alius conciliatur, eo propter diuersum ingenii alie-  
netur alius. At qui uni cuiusdam epiſtolam mittit, nō diſſi-  
culter potest exploratum babere, quibus ille rebus ſoleat  
commoueri: quod etiam ſi nulla interceſſit familiaritas, id  
quod ferè fit, tamen diligentि percōtatione licebit perue-  
ſigare. Quare præter ea qua de colligenda benevolētia,  
attētione, docilitate: queq; de animorū motibus, rhetorū  
literis

literis precipiuntur, & proprij cuiusq; mores, uel con-  
 uictu familiari, uel curiosa diligentia percepti, peculiare  
 quandā exordiendi materiā ministrabunt. Porro si ad pa-  
 rum notum scribetur, hoc commodior erit oratoris, quam  
 scriptoris conditio: quod illi obseruatis iudicū uultus,  
 mutare quēdam ex tempore: & si quid aliossum quam  
 expectarat, rapi uiderit, corrigere dicendo: aut si presen-  
 serit, declinare liceat: quum epistola semel reddita, neque  
 fronti legētis posset obsequundare: & us quile ditur scri-  
 ptura, soleat relegēdo dolorē suum exasperare, cui peri-  
 culo cōueniet exactissima cura occurrere. At quum inter  
 se norunt, non est difficultas principij constituendi uia, ma-  
 ximeq; prēterea uaria. Nam in actionibus multis modis  
 delinquitur in exordiendo: si nūnū longo, si uulgato, si  
 cōmuni, si trāslato, si altius perito procēsio quis utatur.  
 At ea literarū est libertas, ut unde libet initium sumere li-  
 ceat: modo id sit eiusmodi, quod illum ad id quod pares  
 prēparet. Veluti si quis pecunia mutuam rogaturus, stan-  
 tam in epistole initio de quopiam nunciet, quod ille ob  
 amore uomanis eius, singularē simultatē, aut odium ama-  
 rum cupidissime sit accepturus: uel si quis amico, quem  
 non ignoret accurate scriptis literis impēse delectari, fa-  
 bellam aliquam quam lepidissimis verbis fucatā recēscat:  
 deinde inter alia quēdam ita de mutuādo sermonē inter-  
 iciat, ut quo uis potius, quam huc superiora illa spectasse  
 uideantur: non ne alienissimū initium fecerit, in oratione  
 non ferēdum, in epistola scitissimum? Vbi illa etiā simu-  
 latio plurimum obtinet gratiae, quādo nos aliō, quam de-  
 stinauerimus, delabi: aut longius amore rapi fūgimus,

quam initio constituissimus. Erit aliquoties à re media, aut omnino præpostere ingrediendum, modo ita similemus, non etiam oblii nostri fluctuemus, eamq; ipsam crisoris adumbrationem scito colore, ad rei commoditatem torquebimus. Idq; in credibili quadam amoris magnitudine dicemus accidere, qui neq; modum nouerit, neque ordinem. Calamum ab affectu duci: nos ibi denuo incipere, ubi desinendum erat: propterea quòd dum scribimus, coram cum charissimis hominibus sermonem serere nobis videamur. Quare obliquo illo proœmij genere, quod Græci ipsoſtis, Latini insinuationem dixerunt, in actionibus non nisi tribus demum temporibus utendum putant, quem aut negotij turpitudo iudicem à nobis uehementer abalienauit: aut qui antè dixit, admodum persuasit: aut oratione nimis longa auditoris animum defatigavit. At in epistola, quoties videbitur, oblique ingredilicebit, & quamlibet longe repetere, & quamlibet alienum assumere principiam, dum quacunque via tamen ad rem conferat. Neq; hoc, ut in dictioribus, ita & in literis nitioſe videbitur fieri, eò quòd illuc auditor unū quidam expectat, ad quod dum festinat, fastidiat necesse est, quicquid alio ducere videatur. At in epistola, quia contrari fit, id quod per dissimulationem assumitur, non ingressus uitiosus, sed separata quedam epistole pars videbitur. Rectum uero exordium, his omnino rationibus constituitur, quas in judiciali genere tradiderunt ij, qui de arte conscripserunt. Sed oportebat eadem præcepta que illi recte ad forenses causas accommodarunt, ad proprietatem epistolarum deflectere. Alioqui quid tandem erat uel

uel fructus, vel negotij, quæ fuissent à veterum permultis accuratissime, optineq; prescripta, denuo vel eadem, vel deterius scribere? id quod ab omnibus, qui de hoc genere tractauerunt, factum video. Repetunt ē Cicerone, quomodo exordiendam: quot narrationum genera: quomodo partitione constituenda controversia: quemadmodum narratione aperienda causa: quibus argumentis vel communienda nostra, vel aduersariorū coarguenda: quot epilogorum species: deinde quid in compositione fugendum, aut sequendum: de sermonis elegancia, de luminibus. Sed Deum immortalem, quid hæc proprie ad epistolam? Aut si maxime ista discenda sunt, ita uti sunt, quanto re etiam à Cicerrone petentur, aut Fabio, eloquentiæ fontibus, quam è corruptis istorum lacunulis? Ut omittam interim quedam etiam illic præcipi, quæ ad epistolam pertinere ne possint quidem: puta de persona litigatoris, oratoris: de circumstantium persona: de subiscienda re pro homine: de homine pro re submitendo: de constitutenda questione. Nisi forte quedam ex his in criminatariam epistolam incidere videbuntur: sed etiam si incident eadem, tamen incident aliter. Ergo si quando res bortabitur, ut eius ad quem scribimus benevolentiam, aut conciliemus, si dubius sit animus: aut redimamus, si Iesus: aut augemus, si res erit durior: aut excitemus, propter diutius intermissionem necessitudinis consuetudinem: a personis his ferè modis fauorem captabimus, si nostris parentibus cum illius maioribus, arctissimam charitatem, copulatissimam consuetudinem intercessisse dicentes, plurima utrinque extitisse officia: & si tam benevolentiam nobis tan-

Quid do captio  
da benevolentia  
à peccatis,

quam per manus, & hereditaria successione traditā nunc  
 quam neglectui fuisse dicemus. Verum amorem, quem nesciuti cum nutricis lacie imbibissemus, unde cum ipsis annis  
 accrescisse, & primum quidē fatalem potius fuisse, quam  
 iudicio constitutum: nunc consuetudine, officijs plurimis  
 sic esse confirmatum, ut nullo prorsus casu cōnelly poscit.  
 Præterea quanta semper patris illius, aut patrui, aut ma-  
 tris fuerit in nos charitas, aut nostrorū in illum, & quam  
 nos illos inuicem studiose, quam obseruanter coluerimus,  
 aut ille nostros. Quod si auitam, paternamq; anucitiam,  
 quia nulla fuerit, commemorare non licebit, dicemus eos  
 solere maiorum suorum necessitudines repetere, qui ipsi  
 nullis anucitiae uinculis essent coniuncti: quemadmodum  
 auita facinora narrant, qui nihil ipsi memorabile gesse-  
 rint. Hanc necessitudinem non tanquam hereditaria sorte  
 temere obuenisse, sed a nobis ipsis & natam, & educata:  
 militudine initio quidem, ingeniorum, studiorumq; similitudine pue-  
 riles animos mira charitate conciliante: deinde coniunctu  
 coniunctissimo, mutuis officijs: postremo mutua virtutum  
 utriusq; admiratione sic coauisse, adoleuisse, maturuisse,  
 ut iam nihil accedere posse uidetur, uel ad beneficiorum  
 cumulum, uel ad amorum magnitudinem. Tum nomina-  
 tum, quo in loco, & quemadmodum, quibus communibus  
 studijs pueritiam, aut etiam ephebiā transegerimus, quat  
 uoluptates, quæ incommoda, quæ pericula cōmisereruntur.  
 Hæc omnia iucunda commemoratione refricabim-  
 us. Solemus enim grandes huiusmodi rerum mutua re-  
 cordatione nre delectari: & consuetit plerunq; ex his  
 inter pueros inita benevolentia, in seram usq; senectam,  
 multa

multa cum uoluptate perseverare. Porro si qua propinquitas, si qua affinitas intercedet, sic natura coniunctissimos fuisse dicemus, ut longe tamen mutua charitate coniunctiores. Si nulla erit, affirmabimus nulla esse cognitionis uincula, quæ nostros amicos arctius aut incundium, aut etiam tenacius alligent, quam necessitudinis: sine his cognitionem aut affinitatem molestam quoq; baberi: ubi hec adsunt, illa non magnopere requiri. Nullū esse praestantium, firmiusq; necessitudinis genus, quam quod à uirtute, pulcherrimisq; studijs ceperit initium. Affinitatis copulam diuortio dirimi, cognatorum charitatem similitate rescindi: beneficijs conflatam benevolentiam, alterutrius ingratitudine in odium uerti solere: tum contractum amorem temere euanscere: eam demum copulam, quam uirtutis admiratio coniunxit, que in modum uirtutem ipsam, immortalem esse. Proderit ergo illius in nos merita, cum gratitudinis significatione uebementer exaggerare: nostra uiciissim in illum, multa cum uerecundia ac figurata significare. Qui nostri de illo sermones, quam penitus infixa memoria: quantopere illius literis delectemur: ut illius commodis, gloriaq; magis etiam ex animo gaudeamus, quam nostrapte: quodq; incommoda illius non paulò acerbior, quam propria seramus: quantum pro illius dignitate, fortunaq; curam, studiumq; presliterius: quam acrem contra malevolentium improbitatem, dimicationem sustineamus. Postremo uel eruditionem, uel uirtutem quamplam in eo laudemus: nostra si qua erunt laude digna, uerecunde commemoremus. A miseratione Amiseratione, benevolentiam captabimus, si nostram fortunam aut co-

Ab amore ex  
admiratiōne uir-  
tutis nato.

Ab aduersario, rum quos commendamus, fletibiliter exponemus. Ab aduersario, persona, favorum auctoritate auctoribus: si quas minas, si qua coniunctio, si quam contumeliam illius causa nos pertulisse narrabimus, ab iis qui et ipsum et eius nomine nos quoque habent iniuriosos. Contrà quid nos in illos aut fortius contumelioso ut dixerimus, aut inimice fecerimus. Sed haec suis in locis. A re preparatores reddemus, si negabimus ulla ex parte ad nos pertinere, quo de scripturi sumus, ad illum magnopere nobis illic neque scribi, neque meti, nisi quod amici charissimi commodis haud secus atque nostris commouemur: si praeterea negotij magnitudine, periculo, nouitate, antiquitate, utilitate, incunditate, necessitate, aut huiusmodi quapiam commendatione excitabimus. Si iubebimus animo minime oscitanti legere, propterea quod longe plus momenti sit in re, quam prae se ferat. Si quantopere cum nobis, tum iis quos illum plurimi facere cognouimus curae sit, quantique refrat, aperiemus. Quod si res ipsa durior esse videbitur, blandimentis praeleniemus: prudentiam illius obtestabimus; ut que nos optimo amatisimoque studio dicturi sumus, ea pro sua ueteri mansuetudine, in optimum partem accipiatur. Rem eiusmodi negabimus esse, cuiusmodi primo statim occursu uideatur: tum si maxime dura sit, tamen admonebimus quantum amaritudinis, summa utilitate coperset. Sed haec quoniam neque propriæ exordijs sunt, neque in genere commode precipi possunt, in suum quaque locum transferemus. Neque omnino eam exordiendi formam improbauerim, quam video neotericiis scriptoribus nimio plus placuisse, ut à peruetusta quapiam sententia facta ut memorabili in epistolam ingre

ingrediamur. Quod genus sit: Scio non temere scriptum esse Flacco: Quem cui commendes, etiam, atq; etiam aspi-  
ce: ne mox incutiant aliena tibi peccata pudorem. Nec  
ignoro indicium tuū exactum, cui nō temere quiuis pro-  
batur. Sed tamen tot modis exploratum habeo huius iu-  
uenis in genium, ut illum non dubitem tibi vel meo peris-  
culo commendare. Item: Hercules olim aduersus hydram  
Lerneam & cancrum congressurus, coactus est alienam  
opem implorare, qui solet opitulari ceteris. Ego unus  
cum tot monstribus dinicans, ijsq; subinde nouis exorien-  
tibus, quid faciam?

### Abruptum epistolæ initium.

**S**At yrica illa, & ueluti ex abrupto principij species,  
Sin iocosis & familiaribus mire decet, qualis est illa  
Ciceronis: Ita ne preter litigatores istos nemo ad te ne-  
nit! &, Deum immortalem, quid ego audio? Sic est inquit,  
uti scribis. Siccine igitur ueterē amiculū negligis! Ergo  
mutabimus sententiam, quando tu quidē hoc tantopere cen-  
ses. Quin ego igitur tibi gratulor? Quin tu igitur huic  
renolat! sic isthac ut scribis res habet? Hui quis te tam esse  
uirū credidisset! Ebo, quid ais obsecro? R ingitur Zoilus?  
Nā tu mibi album apportas nuntium. Huiusmodi figuris  
id assequimur, ut non mutam epistolam epistolæ, sed uiuo  
sermoni uiuum item sermonem referre videatur. Et quo-  
niam utrinq; missæ acceptæq; literæ, mutuum alloquium  
imaginantur, pulcherrimū fuerit, quam rem repræsentat,  
eam quām appositissime adumbrare. Porrò solennes illas  
commendationes, quas iam ex more presumunt, aut pror-  
sus omittendas, aut in epistole calcem censcio traducendas.

Quan-

Quanquam ubiuis etiam imperite uidetur fieri, ut nos ipsos cuiquam commendemus, sed offerimus magis, ac dedicamus operam nostram. Alios commendamus, id est, laudamus, ut beneficio digni uideantur.

### De exhortatoria epistola.

**Q**uoniam exhortatorium genus, quod Græci τοπες νῦν vocant, affectibus frē cōstat, quos iuxta sapientum multorum sentētiā, natura nobis, tanquam stimulos quosdam ad uirtutē perficitam ac pædagogos addidit, animaduersum nobis, penitusq; perspectum esse debet, que sit humani animi natura: que uarietas ingeniorum: quem queq; res affectum parat: quibus quisque rebus maxime ducatur, à quibus abborreat. Qua quidem in parte proprie facultas oratoria dominatur. Sed hæc ē rhetorum præceptionibus baurienda. Nos tantum breuiter attingemus, quantum ad huius generis epistolam conficiendam satis esse putabimus. Ergo ex his potissimum locis extimulandi animi rationes petemus. A laude, spe, metu, odio, amore, miseratione, emulatione, expectatione, exemplis, obsecratione,

### A laude.

**A**laude bifariam exhortabimus, ut tum rem ipsam laudemus, tum hominem. Re laudanda excitabimus, si piam, si magnificam, si gloriosam, si raram, si nouam, si arduam, si haec tenus intentatam dicemus. Quanquam hæc partem in suadendo diligētius tractamus. Personæ collaudatio in exhortando plurimū habet usus. Nam & bonos unice uirtutem excitat, alitq;. Et ita mortalium animos natura finxit, ut uix quisqua adeo demissio sit peccatore, quin laudi

laudibus erigatur. Quare studiosè cohortationis monita  
 multa cum laude miscerimus. id quod Cicero & factit,  
 & factum à se refert, ut exhortandi artificium quoddam  
 indicare uoluisse videatur. Ergo ab hac parte cōmouebi-  
 mus, si ante ab eo bene gestā artificiosa laude dilatabi-  
 mus, idq; tum à modo, tum à loco, à tempore: tum à per-  
 sona, à difficultate rei: per collationē, per fictionē, alijsq;  
 amplificandi modis, de quibus suo loco nonnihil attinge-  
 mus: propterea quod quū plerisq; in generibus plurimum  
 ualent, tum ad hoc proprie p̄cipuusq; pertinent. Si que  
 pulcherrime adhuc perficit, ab omnibus in cœlum tolli  
 dicemus, ut que feliciter & strenue copta, pari aut ma-  
 iori et iam animi magnitudine perget, hortabimur: nihil  
 illius immortalitati, pr̄eter extremam manum dcessere: eam  
 imponere non tam esse arduum, & negotiosum, quam ad  
 tuendam, que iam uirtute parta sit, glorian necessarium,  
 ut qui eatenus omnes reliquerit, in hoc tanquam extremo  
 actu bonus artifex seipsum superet. Si generis claritatem, si  
 fortunę splendorem, si nobilitatem, si dignitatem, si impe-  
 rię pr̄stantiam, si ingenium, si uires, si sapientiam, si uir-  
 tutem, si etatem, si rerum usum extollemus, ac ne quid his  
 in dignum admittat admonebimus. Itaq; rei dilatare pre-  
 stantiam cum eius uirtutis amplitudine cōmetiemur, di-  
 cemusq; illius diuinam uirtutem, huic tam preclaro mu-  
 neri unam parē inueniri. Ac rei quidē securior est ampli-  
 ficatio: persona uero quemadmodum laudes, nonnihil re-  
 fert. Sunt enim alij paulò inaniiores, qui laudem etiā aper-  
 tiorē facile agnoscūt. Est alijs morosiore natura, Cui ma-  
 le si palpere, recalcitrat undiq; tutus. Quare illi plenus,  
 hic

bic laudandus figuratus. Tantum ad mores attinet. Neq;  
nihil in ætate discriminis. Siquidem iuuentus quoniam &  
ætatis uitio, & rerum imperitia tumet, apertiore laude,  
tanquam applausu clariore, criftas attollit: & senectus de-  
crepita ob deficientis ætatis infirmitatē, laudationē liben-  
ter accipit. At matura illa, & virilis ætas, quò magis suis  
confidit viribus, quoq; longius, uel à puerorum ineptia,  
uel à senum deliramentis abest, eò teclius minusq; scenicè  
laudari debebit. Ergo apud viros natura seueriores, lau-  
dandi inanitatē figuris obtexere cōueniet: ut aut occupa-  
tione laudem dissimulemus, aut contrario ductu orationis  
tanquam obiurgantes, maiore fide laudemus: aut in alteram  
quāpiam personam laudationē eam trāferamus. Quoniam  
demum artificio apertum Gnathonismum effugiamus.

A' spe, & metu.

**P**Er acre res utraque calcar habet, tum ad excitando  
animos mortaliū, tum ad sustinendos, ne rerum ma-  
gnitudine desatigetur, spes præriorum, & incommodo-  
rum metus: quorum alterius quidē in abortando propriæ  
sunt partes, alterius in deterrēdo. Vtrunq; in genere de-  
liberatio latè tractatur: hoc in genere eatenus adhibe-  
tur, ut tanquam suasorio epilogi, cōmodorum inconno-  
dorumq; summā, breuiter & non sine amplificationib;,  
tanquam in confpectu ponamus, immortalitatē, beatitudi-  
nem, decus, gloriam, honores, opes, uoluptates, tranquillitatem,  
eternos cruciatus, turpitudinem, ignominiam, egestatem,  
dolores, tumultus. Quod si utrisq; partibus uno in gene-  
re, id quod plerunq; sit, utemur, per Antithesim commo-  
da dila-

da dilatati cum incommodis item exaggeratis conferre oportebit. Et quibus quenq; rebus maximè duci senserimus, eas res studiosius amplias, frequentius ingeremus, puta ambitioso honores, auaro emolumentum, seni uite tranquillitatem: itemq; de reliquis contrà, ut quicque maxime iniuriam esse cognoverimus, ita quam atrocissime, ac creberrime proponendum. Deinde laborem quo uel tantis commoda petuntur, uel incommoda uitantur, per depressionem oportebit extenuare, ac postea per contentionem componere.

### Ab amore, odio, miseratione.

**V**erbementer commouerimus, si eorum quorum nomine pericula subeuntur, charitatem, commemoratio derenouabimus, & artificio alleuabimus: ut in patriam, parentes: in liberos à natura insitan pietatem, in benemeritos amorem: in amicos necessitudinem: in præstantes uirtute uibros obseruantiam. Riusus si odium & atrocitatem in eos, cōtra quos dimicatio suscipitur, quam grauissime exagerabimus. Neq; enim amanti solum, quod antiquitus dictū est, nibil est difficile, necrum idem & odium præstat. Quare utrumque calcar admovebimus, & hinc amicorum gratiam, hinc inimicorum atrocitatem cornibus aduersis conferemus: ut pro sanctissima Christi religione, contra teterrimam Turcarum superstitionem: pro coniugibus, pro liberis, contra nepharios parricidas: pro fidelissimis socijs, contra crudelissimos hostes, pro charissimo, honestissimoq; amico, contra maldecidentissimum sceptphantum. Idem & iisdem rationibus efficiet cōmiseratio. Si amicorum solitudinem, inopiam, luctum, squalorem; ē regione

è regione inimicorum potentiam, ferociam, audaciam,  
insolentiam proferemus. Sed hos affectus quemadmodum  
oporteat lucire, & augere suscitatos, à Fabio plenissi-  
mè traditum est, in exordijs, & conclusionis preceptis.  
Hoc tantum à nobis admonebitur, grauisimos animi mo-  
tus excitaturum, qui consequentis tēporis imaginem gra-  
phice representabit: quantum commodorum sequatur, si  
res bene geratur: sin contrā, quantum malorum. Et qui  
per prosopopœiam, rebus ipsis uocem dabit, ut patriæ,  
religioni, templis, mōnibus, sepulchrīs, manibus ē monu-  
mento excitis: bisq; affectus, & sermonem conuenien-  
tem, ac decorum accommodauerit.

### Ab æmulatione.

*me la pio  
ni dila*

Hic locus ab inuidia sumitur, non illa ignava & ex-  
erata, que quum ipsa nibil præclari machinetur,  
alienis tamen uirtutibus uritur: sed illa generosa, quā ani-  
mis nostris inseuit natura prudens, ut æmulatione contrā  
certan ium, tanquam acerrimus quibusdam stimulis, incita  
remur ad fortiter agendum: quæ nobis persuasit glorio-  
sum esse, & quantius periculis redimendum, quam plu-  
rimos præcedere: contra turpissimum, & quavis mercede  
fugiendum, in simili certamine posteriores tulisse. Verum  
non simplex est ab æmulatione exhortandi ratio. Vtrinq;  
enim accrescent animū, si æmulorum uirtutem, gloriam,  
studium, conatum, opes, improbitatem, cum amplificatio-  
ne ante oculos ponemus. Sed carēdū obiter, ne contrā cer-  
tantū laudē usq; adeo exaggeremus, ut eius animū, quem  
erigere conamur, in desperationē abijciamus. Unde com-  
muniſci quippiā oportebit, ut æmulos uel fortunæ uel  
buius

buius lentitudine nonnihil preterisse dicamus, haud uirtute: eoq; acius annitendum, ut id dispendijs, quod fortuna culpa sit acceptum, studio nostro sarciamus: et pudorem, quem negligentia contraximus, vincamus industria, siue corūdem ignauiam, inscitiam, infirmitatem, inopiam per eleuationem proferemus. Hac quidē moderatione, ne quē hortamur, ad securitatem, et oscitationem trahamus.

In superiori modo cretior reddetur, ubi intelliget, tanto gloriofiorem futuram uictoriam, quanto uirtute gloriaq; præcelluerint ij, quibus cum certatum est, quū ab egregijs uiris uel superari non indecorum haberi soleat. In altero sic facile esse uictoriam ostendemus, ut tamen haud negligendam arbitremur, incertos esse rerū humanarū exitus. Et multo magis pudendum esse, ab ignavis æmulis superari. Hortabimurq; ut iam non cū illis, quos longo interullo post se reliquerit, sed ipsi secum certantem esse putet.

## Ab expectatione dupli.

**E**xpectatio quidem geminum habet calcar:nam haud mediocrem iniecerimus sollicitudinem, si quanta sit omnium amicoru, et benevolentium publica priuatiq; de illius uirtute expectatio: nominatim quantū sibi promiserint ij, quorū ille iudiciū, et autoritatē plurimi facere uidebitur, quorūq; causa facturus omnia putabitur, ostendemus: non illius unius interest, sed omniū necessariorū: sed posteriorū, in quos ea sit gloria transfundenda. Expectationem quam maxime probabile efficiemus, à generis nobilitate, ab indole palam spectata, ab educatione, à loci celebritate, ab ante actis, et ante dictis, ab omnibus fonsuinijs, et uaticinijs, atq; alijs item id genus circumstantijs.

h

Ab

## Ab inimicorum expectatione.

**F**Diuerso malvolentium & inuidorum expectacionem, et studia peruersa atrociter exaggerabimus, è quibus nominatim referre quosdam fuerit efficacissimum, quos illi preter ceteros innujos atq; infestos nouimus: Et quid quisq; aut inuide dixerit, aut inimice fecerit, referre. Horum omnium qui nunc presenti gloria eius uruntur, si quod ipsi uix ausint sibi promittere, res parum feliciter euenerit, quam insolens sit futurum gaudium, quanta in bene cupientes insultatio, que scommata, qui risus, quanta ferocitas, descriptione ante oculos ponemus. Ita eius unius uirtutem in editissimo frequentissimoq; theatro omnium oculis expositam: unde necesse sit, aut cum summa benevolentium gratulatione, et plausu recedere, aut inuidentissimorum hominum sibilis cum summo nostro nostrorumq; pudore exigi atq; explodi.

## Ab exemplis

**I**Am nulla perinde re ad uirtutem inflamscimus, ut eorum quos admiranur exemplis, maximeq; illustribus, peruetustis, ac domesticis. Illa enim autoritate, hac affectu commendantur, propterea quod priscorum uirtutes, quoniam ab inuidia longe absunt, et audit quisque libenter, et miratur impensis: et natura fit ut quisque finitimus exemplis acrius tangatur, ueluti maiorum nostrorum, affinium, preceptorum, et eorum quibuscum nobis uel patria, uel ordo, uel professio communis sit.

## Exempla quomodo tractanda.

**I**N his ergo tractandis, ut summa est utilitas, ita studij curae que plurimum erit adhibendum. Primo quos propo

proponemus imitandos, eorum uocabula cum laude statim aliqua, & honorifica prefatione profremus, hunc ad modum: Socrates vir bonus diuino testimonio sapiens iudicatus. Perspexit hoc Plato philosophie parentis. Egregius Phocyon Grecorum longe incorruptissimus. Vedit hoc Alexander ille Macedo, vir glorie natus. David de quo dubites, utrum rex glorioſior, an prophetas sanctior. Praestanti vir animo Camillus. Imperio & triumphis genitus Scipio. Nunquam satis laudatus Aemilius. Oportebit autem huiusmodi prefatiunculas ad rem esse accomodatas: etiam si quecumque laus exempli autoritatem adiuuat, tamen alienorem adhibere infinitis est boninī: ut si quis cum unde fortiter dicendi duxerit exemplum, diutinem appellaret aut studiosum.

### De contrarijs exemplis.

**D**iuersum in contrarijs exemplis fieri conuenit: ut, que posteritas Dionysij sacrilegi tyranni nomen non execrabitur? Nobilitatis crudelitate Nero. Sardanapalus vir malicie corruptior. Cleopatra regina metatrix. Catilina impissimus patrie proditor. Sibi felix, patrie funestus L. Sylla. Nam huiusmodi exemplorum non in debortando modo, uerum & in exhortando frequens est usus, propterea quod quemadmodum uirtutis imagine allicitur, ita uitiorum simulacris ad honesti amorem accendimur. Neq; raro usu uenit, ut eadem opera pariter & abortemur, & deterreamus ueluti qui ad capessendam Rem publ. exhortetur, idem utique à priuato otio deterreat.

### De inæqualitate exemplorum.

b

Et

*Adhortans  
Exhortans*

**E**T quoniam exemplorum multa uarietas est: nam alia  
 Ex parte, alia in totum similia, aut dissimilia, alia con-  
 traria, alia minora, maiora, paria ostendit in Topicis Ci-  
 cero, ad exhortandum efficaciora esse inequalia. Quod  
 ego quidem in hunc accipio sensum, ut semper à maiore  
 ad minus descendat exhortatio. Nam etiam si aut persona,  
 aut res minor esse uideatur, tamen complexus rerum &  
 uerborum facit, ut maius sit, quod assumitur. Exempli  
 causa, Si propter matrimonia violata uerbes eurges sunt,  
 quid fieri adultero par est? Hoc Fabius recte putat a ma-  
 iore ad minus. Illud huic aduersum existimat, Tibicinae  
 quam ab urbe discessissent, publice reuocati sunt, quanto  
 magis principes ciuitatis viri, & de Repub. benc meriti,  
 cum inuidiae cesserint, ab exilio reducendi? At hic tametsi  
 tibicinum persona sit principum conditione inferior, ta-  
 men hoc ipsum tibicinae fuisse publice reuocatos maius  
 est, ob complexum, quam si principes ab exilio reducan-  
 tur. Quod si hic intellectus non placet, qui mea quidem  
 sententia uerissimus est, negationem obseruemus necesse  
 est: id quod à neotericis dialecticis utcunq; precipitur.  
 Sed hæc inæqualitas erit per collationem aperienda, que  
 ferè exemplis subiici consuenit. Infinitum uero traditu,  
 unde ea ducatur. Nam non modo ab una qualibet circuns-  
 tantiarum, sed etiam ab alijs quibuslibet differentijs su-  
 mitur. Omnia tamen ad personam, & rem referuntur. A  
 persona ad hunc quidem modum: Formica brutum, &  
 minutum insectum, & uix animal, hyberno uictui estate  
 consultit, & homo senecte non proficiet in adolescētia?  
 Hoc ausa est mulier, quid te uirum oportet? hoc uirguncula

cula intellexit, te anum quid per est sapere? Ille ethnicus,  
tu Christianus. Ille barbarus, tu Romanus. Ille propheta-  
nus, tu sacris iniciatus. Ille priuatus, tu magistratus. Ille  
tribunus militum tantum, tu consul. Ille tyrannus, tu phi-  
losophus. Ille obscurus, tu patritius. Alienus ille, tu pa-  
trius. Ille omnis expers doctrinæ, tu à puerō philosophie  
rationibus optimis institutus. Rudis ille, tu multo rerum  
usu exercitatus. A' re autem hoc pacto: Vitam ille contem-  
psit, tu uoluptatem non contempnes? Ut corpus ualeat,  
ferrum patitur & ignes, & ut animo ualeset, salutarem  
oburgationem non feres? Opes caduce & sordide, per  
tanta pericula petuntur, & à sapientia quiduis incom-  
modi deterret? Unus ille, nos multi non idem faciemus?  
Ille inermis, imparatus, uos instruxit. Regnum ille spera-  
bat, tibi immortalitas certa proposita. Toties ille, tu se-  
mid. Ille in tanta rerum difficultate, tibi omnia expedita.  
A' persona & à re pariter: Puella uitam pro nibilo ha-  
buit, tu uir & uir cruditus, uoluptatulas nescio quas non  
quibus cōtemperare? Erit hoc artis, que natura paria sunt,  
ea dicendo imparia facere, & artificiosa collatione, alte-  
ra exaggerare, deprimere altera.

### De uarietate & ordine exemplorum.

**Q**uanquam autem appellatione propria id demum  
exemplum dicimus, quum res gesta aut perinde  
ut gesta exhortandi causa proponitur, tamen illustrium  
uirorum grauiter dicta, philosophorum paradoxæ, poë-  
ticarum figmenta, autorum nobilium sententiae, parœ-  
mia uulgo receptæ, allegoriae, parabolæ: breuiter quicq;  
uid similitudinibus est affine, id exempli uim habet, &

à Fabio huic generi subjicitur. Neq; primum illud genus quod retulimus, simplex est. Nam quædam ab inanimis ducuntur, uti: Sol Christo moriente luxit, quid hominem oportet facere? Saxa mors illius scindere potuit, humana mentem non permollet? Orbis cœlestes perpetua uertigine parent imperatori Deo: nec ullum sydus è tot stellarum milibus ordinem deserit, aut in officio cessat, & mortales quid facere par est? A' mutis rebus. Tigris pro catulis præceps sevit in prædonem, & pro liberis coniugeq; charifima, uirum fortē quid facere oportet? Leo in uictos, & abiectos non sevit, & non idem faciet imperator? Apis non solum mutum, uerum etiam exiguum animal in commune laborat, & homines Rempublicam negligunt? Elephantus numen agnoscit, & negligunt mortales? Quaecunq; autem ab inanimis ducuntur & mutis, imparia frè sunt. Siquidem ut similia non ut paria proponuntur: sicut & illa, quæ à spiritualibus trabuntur, quod genus est: Cacodemones credunt, & cōtremiscunt, quò magis oportet hominem immortale nūmen uereri? Cœlestes ille mentes, & immortales, nocturni diurniq; uitæ nostræ custodes, perpetuo nobiscum obambulant: quanto studio par est, nos ipsos pro nostra salute uigilare? Deus ipse, cui liberum est diffingere pro arbitrio, quod arbitrio suo finxit ad ulciscendos fontes lenitissimus, ad ignoscendum promptissimus est, & regem mortalem cuiusmodi esse conuenit? Iam quæ ab hominibus ad homines transferuntur, ea tribus modis impatria fieri ostendimus, à persona, à negotio, ab utroq;. Ergo ut primū generis exempla copiose suppetant, omnium rerum

rerum, maximeq; insigniū nature, vires, miracula, & ex autorum monumentis, & nostrapte obseruatione, comparata esse debent: fontium, fluminum, marium, montium, gemmarum, arborum, berbarū, florū, atq; ex his quā plurimæ similitudines iam preparatæ atq; repositæ: ut si quando usus fuerit, uelut è proximo deponantur. Secundū di uero generis, dñitem supelleūtēlērē accumulauerimus: si que veterum eruditæ curiositas, de uolatilium, de quaedrum pedum, de sc̄rarum, de serpētiū, insectorum, piscium ingenij memorie prodidit: queq; quotidie mortaliū exceptiū deprehendit, eorum omnium, quād densissimam multitudinem in memoria, tanquam in procēdiū paratam habeamus: maxime si qua sunt, que à certis autoribus prodigijs facta refūtur. Quod genus est illud, de Delphino amatore, & pueru adamato apud Aul. Gellii: & de draconē, qui nutritiū suū, iam à latronibz in sylua iugulandum scrūauit: deq; leone, qui hospiti ob os exemptū gratiā uenatum aggerendo retulit. Et de Arione ac Delphino, cuiusmodi permulta à Plinio referuntur: quorum & in inanimis nonnullus est usus. Verum hæc quoniā ad fabularum speciem proximè accedunt, autoritas erit gravitate, & multitudine, tum etiam sermonis commoditate fulcienda, deniq; prefatiūculis etiam muniēda. Porro eorum que ab humana persona ducuntur, minime frugalē, maximeq; uarian copiam cōflare oportebit: tum ex priscais historijs, atque annalibz: tum ex his, que nostra serē memoria gesta memorantur: eaq; cum sit expeditior, magisq; ad manū copia, de quaq; uirtute, de quoq; uitio, de quaq; re illustri aliquot exempla sunt ediscenda, aut p̄meditand

meditandi: neq; id ab unico historico, aut unica ḡete, sed à Gr̄ecis, Latinis, Hebreisq; scriptoribus omnibus: ex his quae apud Aegyptios memorabiliter sunt acta, que apud Lacedemonios, que apud Thebanos, que apud Atticos, que apud Syros, que apud Persas, apud Romanos, apud Gallos, apud Britannos, apud Iudeos, apud Scythas. Nam habet sua queq; gens miracula, suos ritus, sua quedam instituta. Narrant hodieq; nautes, et negotiatores, qui per omnes terras, ac mariā querendæ studio rei circumvolitant, quedam non minus prodigiosa, quam prisca uetus fuisse creditur. Horum omnium duplex esse ordo poterit, ut ad efficaciora sensim increscat series: qui quidem non tam est uulgatus, quam utilis, aut ut ab antiquissimis, maximeq; exterris, per gradus ad nostratia, et proxima demum ueniamus, ut ab Aegyptijs, Phrygijsq; ad Persicis ac Syriacis ad Greca, à Gr̄ecis ad Hebr̄ea: ab his ad Romana, à Romanis ad barbara, ab ethniciis ad Christiana, à peregrinis ad nostratia: tam à veteribus ad recentiora, ab ijs, ad ea que nostra sunt gesta memoria descendamus, à quibus ad gentilitia, postremo ad domestica perueniamus.

### De fabulosis exemplis.

**P**Roxime sunt huic generi veterum poëtarū fabule, et prophetarum allegoria. Sed fabularum hic crit usus, ut aut fabulas esse negemus: fuisse antiquitus permulta, et his incredibilia, que tam à certissimis autoribus sint literis prodita: aut poëte laudem prefati, quid sibi eruditissimi, prudentissimiq; homines eiusmodi figurantis uoluerint, probabiliter aperiemus, hoc pacto: Nimirum hoc

hoc sentiebat divina mens Homeri, non poëticos modo, sed omnis etiam philosophie parentis, quum & in Iliade vlyssem, plerisque belli negotijs adnusceret, & in Odyssea tot casibus alterum decenium fecerit iactari, arduum, perque durissimos labores esse uirtutis iter. Neque temere profecto, neque anuliter erudita finxit antiquitas Herculem, tam multis exantlatis laboribus consumpto igni corpore, in decorum contubernium fuisse relatum. Id enim erat priscis illis sapientibus institutum, sanctissima philosophie mysteria, ne paucim evulgarentur, huiusmodi doctus fabellus obtexere. Significauit autem immortalitatem non contingere nisi his, qui perpetuam etatem honestis laboribus exegissent, & inexhausto uirtutis ardore, cum omnium uitiorum monstros indefatigati bellum gerissent. Sub hoc genere, & mysticos veterum sacrorum ritus, superstitionesque nationum priscarum ceremonias compledimur, in primisque Hebraicarum literarum mysteriacin quibus quidem interpretandis, utinam tam essentus circumspecti, quam sumus frequentes, & audaculi. Mirabor enim, si quisquam illa scite interpretabitur, omnis antiquitatis ignoratrix: ita ut ferè sunt isti, qui tantum uersantur in plusquam multis literis, ac spino sis questionibus. Eodem referenda sunt, nam eundem habent usum, que à tragicis comicisque personis mutuamur, & eorum qui in dialogis, & item historijs, non ad fidem rei geste, sed ad imitationem cōpositis inducuntur. Huc quoque pertinere Fabius autumat apologetos Aesopicos, & Aniani, ques ille λόγοι πρόδηλοι, id est sermones fabulosos appellat. His enim uenienter duci animos, praecipue simplices, & imperi-

*tos, cum tantum ualuerit ille Menenij Agrippæ, de membris humanis aduersus uentrem coniuratis sermo, ut grauiter iritatem plebem, patribus reconciliarit. Quod si quæ deterras, ne cum potentiore cōtendat, miros habebit simulacrum apodus Horatianus, de rana sc̄e inflante. Neq; leuiter interdum mouent excellentium uirorum dicta, itidem ut facta: qualia nonnulla Plutarchus collegit: & ueterum sapientum paradoxæ: ut, Rex est qui metuit nihil. Et poetarum & illustrium scriptorum insignes sententiae, ut Enniana illa: Fortes fortuna adiuuat. Et Vergiliana: Nata dea, quæ fata trahunt, retrahuntque sequamur.*

*Quicquid erit, superanda omnis fortuna ferendo est. Aut uulgò receptæ, quæ adagia nominant. Sunt & à nobis animosæ quedam, & plene spiritus singenda: ut, Viri est, aut fortiter interire, aut uincere. Non moritur, quisquis pro patria mortem oppedit. Ut palma contra impositum onus, ita masculus animus, contra fortune difficultatem debet erigi, ultroque surgere. Virtus diuina laboribus pascitur, non frangitur. Viri nihil habet, qui gloioso labore ullam uoluptatem anteponit. Inductiones autem Socratice, quæ èraværdi vocant, non tam ad exercitandum ualent, quam ad persuadendum, etiam si ad utrumque sunt non inefficaces. Horum omnium miscellanea quandam agemus, quo uaria magis sit oratio.*

### De obtestatione.

*E*xhortandi locos seu fontes ferè omnes aperiuntur: Quod si quis epilogum, etiam pareneticum quendam requiret: is non incommode per obtestationem sumitur, ut cum per inclitas maiorum imagines, quibus plus lucis

cis attulerit, quād acceperit: per egregia gentis decorum, que sua uirtute nō mediocriter illustrauerit: per gloriam bene gestis partam: per egregia facinora, quibus quotidie scipsum uincat: per immortale nomen, cuius iam æterna iacta sunt fundamēta: per felicissimā indolem: per ingenium immortalitati, & pulcherrimis rebus natū: per incredibilē sapientiā, prudētiā singularem, doctrinam raram, animi magnitudinē propē diuinā, uirtutē absolutam, à qua nihil sit tam arduum, quod aut prestari non queat, aut non ab omnibus expectetur: per maiorum manes, qui se à sua posteritate benefactorū gloria superari gaudēat: per liberos, & nepotum pietatē, ad quos decus hoc unā cum patrimonio sit hæreditaria traditione transfirum: per amicorū & benevolentiū uota: per inuidorū studia: per odia execrata maleuolētū, quos optime sic demū ulturus sit, si inuidentissimas aures illorū, & oculos, uirtutū splendore, et pulcherrimis rumoribus perstringat, atq; obruat, obtestabimur, atq; obsecrabimus, ut se digna uelit & audeat.

### De lenienda exhortatione.

**V**erum si quando periculum esse indicabimus, ne quid offendat uehementis, & importunior exhortatio: nam habet hec nescio quid monentis, precipientisq; aut etiam diffidentis: & quorundam ingeniorum ea est insolentia, & securitas sui, ut ne moneri quidem patientur. Id igitur ubi metuemus, multis rationibus exhortationis molestiam leniemus: ut aut negenus nos oratione nostra languentem uelle accendere, sed currentem incitare: ac ne incitare quidem, ut ea gerat, quæ iandidum sua sponte facit, sed nos pro nostro singulari in

in illum studio ita gerēti gratulari: orabimusq; ut impo-  
tunitati nostrae det ueniā, que non aliunde proficiscatur,  
quam ab immodico quodam glorie illius studio. Nihil esse  
tam magnificū, quod illius uirtus non sūt abunde presta-  
tura: sed tamen qui in certaminibus spectant, tametsi nihil  
opus esse sciunt, tamen non possunt non applaudere, cui  
nulde fauent: quumq; is qui certat, sue uirtutis probe cō-  
scius, securus sit ab animo: tamen sautor ille securus esse  
non potest, donec certam uictoriam uiderit. Aut longe  
aliud à nobis institutum sūisse simulacrum, sed preter  
consilium hoc calamum esse delapsum, transuersum scili-  
cat agente nos incredibili quodam amore, ut cum exhorta-  
taremur, qui non tam calcaribus egeat, quam frēno. De-  
niq; uirtuti eius omnia secunda precabimur.

### Quis huic generi character pro- prie conueniat,

**E**X multis styli generibus, graue illud, & acre atque  
ardens, & incitatum exhortationi precipue conue-  
nit. Non florida, concinna, ac festiva, alibi gratiam ha-  
bent, hic masculus, & ut ita dicam, robustus debet esse  
character, amplus, & neruosus. Grauitas autem est, quam  
Séneca Fabius nominat, eamq; inter præcipuas oratio-  
nis uirtutes ponit. Sed in his que ad concitandos affectus  
potissimum ualent, his ferè rationibus constare uidetur,  
rebus, uerbis, amplificatione, figuris, & compositione.

Grauitas qui-  
bus rebus con-  
stat.

Rebus grauitatem consequemur, si quam optimis senten-  
tias, è sublimibus, grauib; ac magni nominis, et perue-  
tutis autoribus petitis: si exemplis exquisitissimis, si pri-  
scis, si illustrib; si nequit quam vulgaribus utemur. Ver-  
bis

bis rerum grauitatem augebimus, si uoces sonantissimas, si amplas, si quam maxime grauer translatas, si significantes deligemus. Sonates, ut: Bellicos tumultus diuina propter uirtute profligasti. Amplas: Immortalia uirtutum tuarum monimenta, nulla unquam seculorum series oblitterabit. Significantia, ut: Fratrem ne descre frater. Egregiam uero laudem, & spolia ampla refertis, Vna dolo diuum si formina uicta duorum est. Hanc uirtutem sermonis Fabius energiam appellat, quod nos actione, aut efficaciam uertere possumus. Ea prestat, ne quod uerbum tota oratione sit ociosum, quemadmodum in hoc carmine Vergiliano:

—Tu'ne in triujs indocte solebas  
Stridenti nusserum stipula diffondere carmen?

Nam in posteriore uerficulo, singulæ queq; uoces nouum pondus addunt. Hoc modo grauitatis laudem assequemur, si sermonem perpetuum, argumentis, amplificationibusq; infarciemus, eaq; singulis uocibus includemus. Augent orationem & epitheta, id est, apposita, maximeq; translatæ: ut, Cruentis manibus sacratissimum deorum, &c. Huius tamen modum requirit Fabius, & etiosa sunt uitanda, quibus ad uoluptatem, non ad usum utuntur poëte.

### De amplificatione.

**I**N affectibus autem permouendis præcipue, atq; adeo **Amplificatio** <sup>unde sumitur</sup> propæ sola dominatur amplificatio, cuius quidem uis & quanta eius omnis, in alleuando, deprimendoq; consistit. Ea sumitur à <sup>uisa.</sup> circumstantijs omnibus, à quibus & probationes ducuntur. His autem rationibus licebit amplificare. Primū quidem commutato rei nomine, ut si, qui cæsus sit, cum dicamus occisum: & qui sit improbus, cum latronem nominemus

nemus. Si quod nobis molestum est, id enecare, aut ad rea-  
stim adigere dicemus. Contraq; si, qui pulsarit hominem,  
attigisse: qui vulnerarit, lefisse dicetur. Si impudica que-  
sit, meretrix: si audaculus, gladiator nominabitur. Alter  
est modus nihil à superiore diuersus: nisi quod illic sola  
ponuntur, que amplificant, bic per collationem efferruntur  
etiam illa, que recta erant, ut magis emineat atq; increascat  
amplificatio. Quod genus est Ciceronis in Verrem: Non  
enim sarem, sed raptore: non adulterū, sed expugnatorem  
pudicitiae: non sacrilegū, sed hostē sacerorū, religionumq;  
non sicarium, sed crudelissimū carnificem ciuiū, sociorum,  
in uestrum iudicium adduximus. Tertius amplificādi mo-  
dus, incrementū uocatur: quum non statim quod est atro-  
cissimum ponimus, sed per gradus plures, aut etiā unum  
peruenitur interdū ad summum, interdam ad id quod su-  
pra summum est quodāmodo. Sic oratio increuit Cicero-  
ni: Facinus est uincire ciuē Romanum: scelus, uerberare:  
parricidium, necare: quid dicā, in crucē tollere? Hic ultra  
summum peruentum est. Ad summum sic: Matrem tuam  
occidisti, quid dicam amplius? occidisti. Increascat & citra  
distinctionem oratio, dum cursu quodam grauius, gra-  
uiusq; semper aliquid insequitur: ut, Pecuniam, honores,  
regnum, uitam deniq; patriæ charitate contempsit. & de  
uomitū Antonij: In cœtu uerò populi Romani, negotium  
publicū gerens, magister equitum. Est & hoc incrementi  
genus, quum tanquam per fictionem, inferiora que sunt  
augemus, ut illa maiora uideātur: ut, Hanc rem tam aequā,  
si quilibet ignotus abs te peteret, tamen ignoto recusare  
nō debebas: nunc orat pater, & pater sic meritus. Si tan-  
tis

tis officijs nullam gratiam reposuisseſſes, ingratificationeſſus erat: nunc pro ſummo beneficio, maleſtium ſummo retulisti. Si liberorum & cōiugum ſalutē defendenda tantum eſſet, tamen nullum erat periculum non ſubcundum: nunc pro totius Christiani orbis incolūtate, dignitate, capiuntur arma. Conſue eſt huic, quād id tanquam exempli cauſa propositū eſt, augenſus, eoq; aliud maius etiam eſſe oſte dimiſus: uti Cicero mulieris facinus, quod medicamentis partū abegiſſet exaggerat: ac merito rei capitalis dannatam dicit, quæ quidem ſpem parentis, memoriam nominiſis, ſubſidiū generiſ, bæredē familiæ designatum, Reipub. ciueni ſuſtulijſſet. Deinde Oppianici culpa, cuius par noxa uidebatur, hunc ad modum exaggerat per collationem: Quāto eſt Oppianicus in eadē iniuria maiore ſupplicio dignus? Si quidem illa cum ſuo corpori uim attulijſſet, ſe ipſam cruciavit. Hic autē idem effocit per alieni corporis uim, atq; cruciatū. Grauius auget illud comparationis genus, quād utriq; plura pluribus reddūtur. Quod genus eſt illud M. Tul. in Catil. An uero uir ampliſſimus P. Scipio pontifex maximus, T. Gracchum mediocriter labefactantem ſtatū Reip. priuatus interfecit, Catilinan orbē terre, cede atq; incendio uafare cupientem, nos cōſules perferemus? Hic & Catilina Graccho, adoleſcēs perditus uiro ornatiſſimo, & ſtatus Reip. orbi terrarū, & medio-criſ labefactatio cēdi, atq; in cēdijs, uafationi, et priuatus cōſulibus cōparatur. Per ratiocinationem amplianus, qui alibi fit, alibi ualeat amplificatio: id quod non ſimpliciter accidit. Amplificatur enim & ex antecedētibus cōsequētia, & ex cōſequētibus antecedentia. Prioris exemplum hoc

hoc erit: ille canum conuersa cuspide montem impulit in latus, ac uenti uelut agmine factio, Quà data porta nunt. Ex his sic amplificatis apparet quanta sit tempestas cōsequitura. Et Christiani iudicij supremi horrorem exageramus, amplificatis his monstris, quæ feruntur antecēsura. Posterioris erit illud Cic. in Antonij uomitum, quem tantum ait uini in Hippie nuptijs hauisſe, ut postridie cogeretur in conspectu populi Romanī uomere, & frustis esculentis subfella complere. Mirè significauit, quāta præcesserit ingurgitatio, quum eo in loco uomeret, neque casu, neq; uolens, sed necessitate: neq; recens, ut ferè solet, cibus refunderetur, sed qui in posterum usq; diem redundasset. Et alia huius generis species, quum aut ea que per se grauiſſima sunt, consulto deprimimus, quo magis, magisq; attollantur, quæ sequitura sunt: aut diversa attollimus, ut augeamus ea que præferuntur. Prioris exemplum erit illud in Verré: Levia sunt hec in hoc reo. Metum uirgarū Nauarchus nobiliſſime ciuitatis, predo redemus: humanum est. Alius ne securi scriretur, pecuniam dedit: uisitatum est. Ex his quæ grauiſſima non uideri non possunt, sic eleuatis, necesse est atrocissimum quiddā colligi, atq; expellari. Sic amplificauit Terentianus Hegio, ubi Demæ de uirgine uitata questus, facinus hoc ueluti uulgatum iam, & humanum contentum, iubetq; grauius adhuc accipere, quum pater nihil hoc grauius, neq; fieri, neq; dici posse crederet. Posterioris generis illud est, quā Vergilius Aeneæ laudes ex amplificata Turni uirtute adauget: aut quā Annibal's bellicis laudibus crescit uirtus Scipionis: aut quum Germanorū, aut Gallorum fortitudi-

tudo, Cimbrorum inumanitas augetur, ut maior sit uictoris gloria. Sed infinitæ propè sunt ex relatione ad aliquid amplificandi forme, ueluti si clades à Troianis, Græcisq; acceptas amplifices, quò uideatur Helenæ species admirabilior, ob quam non piguerit sapientissimos viros, tot mala perpeti: utq; in Platonis Symposium, & Alcibiadis forma, & toties oblata copia, Socratis continentia singularis colligitur. Reliquum est ultimum augēdi genus, quod εὐωτὴν μὸρην id est, congeriem appellant, qua rem eandem alijs atq; alijs modis effrimus. Nam nisi summa fiat uarietate, uitiosa erit iteratio: ueluti Cic. pro Ligario: Quid enī tuus ille Tubero distictus in acie Pharsalica gladius agebat? cuius latus ille mucro petebat? qui sensus erat armorum tuorum? quæ tua mens, oculi, manus, ardor animi? quid cupiebas? quid optabas? Sed plus habet gravitatis, quam paulatim series increscit, ut: Aderat ianitor carceris, carnifex prætoris, mors, terrorq; sociorū, & ciuiū Romanorū lictor Sextius. Iam uero extenuandi cœdē sunt rationes, quæ amplificādi, neq; diuersus usus. Optime extenuationis exemplum erit illud comicū: Hæc herba una, mebercle, falsa lacrymula, quā oculos terendo miserè uix ui expresserit, restinguet. Hic uiciosissimum fuerit ad leuiora à gravioribus orationem proficiisci, ut Vitam, sanguinem, pecuniam pro te effundere non dubitem. Plurimum uero ponderis orationi accedat necesse est, quocties hinc amplificata, hinc elevata inter se componuntur.

De figuris ad gravitatem facientibus.

**I**N hoc genere potissimum consecutabimur ea sermonis schemata, sive tropos, quæ reddunt acrem & ardentem

tem orationem. Huiusmodi sunt ex his quae in uerbis singulis sunt membra, articuli, comparia, repetitiones, contentiones, interrogations, dubitationes, metaphoræ, propositæ, popœie, apostrophe, demonstrationes, que rem oculis subiiciunt cum exaggeratione. Eandem uim habent affectationes, si quis tamen has inter schemata numerat: epis phonemata, quas acclamations recte uerteris. De quorum singulis nō est huius instituti prolixius differere: qui rhetorice hic non docemus, sed indicamus diuinaxat, quod ad scribendas epistolas attinet. Ceterum totius huius generis supellecilem, ac uim copiosam colligere licet, quem ex alijs scriptoribus, tum præcipue ex historiographis: apud quos reperire licebit crebras orationes, quibus dux exercitum, aut miles militem, aut magistratus populum ad fortiter agendum cohortatur. Profuerit et ea meminiisse, que philosophi et facundi scriptores, de fortitudinis natura memorie prodiderunt. Nos tamen interim, quò quæ præcipimus iuuentuti ceu digito cōmonostremus, unicum subiiciemus exemplum.

### Exemplum epist. cohortatoriæ.

**Principium ī laude.** **D**icinon potest, iucundissime nepos, quanta tum me, tum tuos omnes uoluptate affecerit pulcherrimus rumor, nuper hic de rebus fortiter abste gestis, exortus. Iacta sunt per pulchra immortalitatis tue fundamen-  
**Exhortatio cū tu**ta. **Q**uid autem hortari incipiam, ut rem diuinitus coextende mixta. ptam perficias: qui eo animo sis natus, ut nihil unquam humile, aut sordidum cogitaris: utq; non tam calcaribus, quam frenis egere te putem? Sed tamen incredibili quodam erga te studio, compellor ciorentem (quod aiunt) incitare

Incitare. I bone, quò uirtus tua te uocat: i pede fausto: per-  
 ge absoluere , quod summa cum laude cepisti : te natali-  
 bus tuis, quibus hæc urbs nihil unquam uidit illustrius, pa-  
 tre tuo clarissimo, ista tua indole, ista eruditione, isto ani-  
 mo dignum prestare. Impone summam manum immorta-  
 libus monumentis, à quorū absolutione non multum abes:  
 quod maximum ac difficultū est , preflitissi : quod desi-  
 deratur, plus habet decoris, quām difficultatis: Certasti cū  
 maiorum tuorum imaginibus, quibus tu apte uirtute plus  
 lucis attulisti, quām acceperis. Vicisti etatē, qua cum pro-  
 pè adhuc impubes habearis, nihil tamen non forti uiro di-  
 gnum uel gesisti, uel cogitas. Anteueristi maioribus tuis  
 uirtutum magnitudine : uicisti hactenus, & tui studioſo-  
 rum expectationem, et emulorum inuidentiam. Sed post-  
 quām omnia superasti , unum etiam certamen reliquum  
 esse putas: nēpe ut te ipsum imiteris, tui similis esse studeas:  
 tu te ipsum præire contendas. Nam uinci à teipso tam ſcē-  
 dum fuerit , quām pulchrū fuerit reliquos superasse. Ita ſi  
 ſemper tibi inſles, nō deerit, qui cū laudibus certare poſ-  
 ſis. Cogita te cum in locum , ipſius fortunæ manibut eſſe A ſpe maliq  
 deductum , ut neceſſe fit, aut summa cum laude peragere  
 fabulam , aut ſummo cum probro defatigari. Ardua qui-  
 den & difficultis eſt uirtutis uia, ſed ampliſſimata bī p-  
 mia propone. Decus , immortalitas , imperium , opes , digni-  
 tas , felicitas , in manu ſunt, ſi periēderis. At ſi ( quod omen A mala-  
 dij auertant ) defatigeris, nō ſolum pristinæ gloriæ tene-  
 bras offuderis, uerum etiam in posterum omnem dignita-  
 tis ſpem tibi recideris. Labores neq; diuturni ſunt , neque  
 ita magni : p-remia tum eterna , tum ampliſſima propo-  
 ſis.

nuntur. Multa iam pars exhausta, annus duntaxat est tibi perdurandus: in quo facito, ut tanquam in conclusione, & extrema muneris tui parte, perfectissimus atque ornatisissi-

**Ab exemplo.** mis fuisse uidearis. Fac ut veterum herorum pulcherrima facta tibi ob oculos assidue uersentur. Hercules ille, totius

**Exemplū pot-** Gracie facile princeps, quot laboribus sibi iter in cœlum ticum. aperuit, quot monstra superauit, qui ad inferos etiā ipsos legitur penetrasse? Quæ tibi si facta de illo uidebuntur,

**Tragatio fa-** non pugno quidem, sed tamē diuinitus à sapietissimis, do= bolz. etissimisq; uiris excogitata sunt, quò nobis heroicæ uirtutis exemplum absolutum proponerent, & ad immortalis

**Laus autoris.** fatem nominis uiam ostenderent. Nam quoniam alio consilio Homerus, cui magnō doctissimorum hominum consensu, diuinitas quædam tribuitur, Vlyssem, quem nobis ut sapientis uiri simulacrum proposuit, tam diuturnis la

boribus iactatum scripsit, nisi ut significaret hanc unam esse uiam, ad æternum nominis decus parandum apud po

**Exemplū Grē-** steros? Hac Epaminondas, hac Alcibiades clarissimi Græcī imperatores, sibi immortalem apud posteros laudem

**Exemplū Ma-** pepererunt. Quid aliud Alexandrum magnum cogitasse cedonicum. credis, cum se tantis periculis obijceret? Quen tu labore

**Exemplū Ro-** Decios illos recusaturos fuisse unquam credis: quorum alter, ut æternam sibi laudem compararet, dijs manibus se

**Exemplū He-** deuouit, alter in medios hostes se præcipitem dedit? Quæ breuum. non ætas Machabæorum nomen celebravit? quorum unus

elephantι uentre perfozzo pulcherriman oppetens mortem, clarissimo facinore immortalem gloriam est conse

**Exemplū Is-** quutus. Quid bodie uel celebrius, uel plausibilius Iudith,

Dcbore, & Rachab memoria? que quoniam sexu suo

maiores masculum animi robur præfiterunt, non inter  
feminas, sed inter heros commemorantur. Sed quid nos  
externa atque antiqua repetimus? domi habes, qui te ad <sup>Transitus.</sup>  
huiusmodi uirtutē debeant incitare, & quidem cō uche- <sup>Exemplum do-</sup>  
mentius, quō genere coniunctiores. Nam cæteros quidem  
egregios uiros imitari, laudi ducitur, at tuorū sine sum-  
mo dedecore dissimilis esse non potes. Vixit adhuc recens, <sup>Exemplū aut.</sup>  
& posteritate ipsa crescit, pro uiri fortissimi me-  
moria. Quanto ille animo iam inde à teneris annis ad no-  
minis immortalitatem contendit! Honestos ille labores,  
pro ludo habuit: uolupratem & ocium non secus, ac pe-  
stem tetricam fugiebat. Sæpe ipse adolescens ex eo iam  
natu admodum grandi audiisse memini, se hanc lon-  
giorem uitam à superis optare, quam ut patriæ sua indu-  
stria posset usui esse, cui se potius, quam sibi ipsi natum  
dicebat. Ad propiora ueniam, tibi magis, quam nubi ipsi  
non. Pater tuus uir fortissimus, atque optimus, quid un- <sup>Exemplum pa-</sup>  
quam durū, aut difficile iudicauit, quod uel ad glorie in-  
crementum, uel R. eip u. cōmodū pertinere putasset? Quot  
ille, quanq; difficiles legationes adolescens, nō sine sum-  
ma laude obiit? Quot byemes sub pellibus egit? E' quād- <sup>Repetitiones,</sup>  
tis angustijs sua se uigilantia expedituit? Quem ille magi-  
stratum non petiit? Quid autem petiuit, quod non obti-  
nuit? Quid obtinuit, quo non summa cū laude sit perfun- <sup>Dicta familia-</sup>  
ctus? Debet pectori tuo paterna illa monita infixa sede-  
re. Sæpe enim te adolescentiū, ut memini, Vergiliano illo  
carmine consuevit ex osculans hortari: Disce puer uirtu-  
tem ex me, uerumq; laborem, Fortunam ex alijs. Nec raro  
me audiente, hunc usurpare sermonem solebat, sibi prora-  
i      sis

*sunt uideri nihil interesse inter eos, qui nunquam nati es-  
sent, & eos qui nulla re memorabili gesta, obscuri ex hac*

*Ab expecta-  
tione.* *uita migrassent. Quare quam ab his sis maioribus ortus,*  
*huiusmodi preceptis foris, domiq; institutus, obscurū ti-  
bi esse nō debet, quid tui, uel patria potius ipsa abs te ex-  
pectet: prasertim cum isti generi, isti indoli, egregiam  
quoque doctrinam adiunxeris: quam iam istiusmodi rudi-  
menta edideris. Cogita tuorum omnium, non amicorū mo-  
do, sed ciuium etiā quotquot sunt oculos in te unum con-  
iectos, omnium in te suspensos animos: quorū iam expe-  
ctationi uix satisfactorius uideris, si tantum à nataliū tuo-  
rum uirtute nihil degeneraueris. Nescio, quid maius sibi*

*Ab expectatio-  
ne maleuoloz.* *de te pollicentur: quorum si notis tua uirtus responderit,*  
*quid si etiam uicerit, quātus erit tuorum omnium trium-  
phus, quāta patriæ gratulatio? Quantum autem Trebo-  
nij, uiri, ut scis, tui amantissimū, & iudicio de te, & amori  
in te accesserit? Sin rem indiligenter gesseris (quod omen  
Deus auerat) maleuolentissimu bonūnes, qui tue hactenus  
inuidenter uirtuti, quosq; rerum tuarum splendor excu-  
ciat, cōtinuò uertice tollent, erimusq; & tu, & tui omnes  
ludibrio, & risui nebulonibus inuidentissimis. Amici ob-*

*Contentiones.  
A certa perso-  
na.* *mutescent, inimici insultabunt, beneuoli frigidi, maleuoli  
froces. An hæc feret ista tui pectoris celitudo? Zoili in  
te odii nostri. Nullo cōmodiore modo pestem illam ulcisci  
potes, quam ut glorie tue inuidia contabescat. Varū au-  
tem uirulentissimum hominem plane ad suspendium ade-  
geris, si nobis uictor redieris. Codrus iam nunc suspendio  
trabem delegit. Si nihil te neque tua gloria, neque nostra  
expectatio mouerit, hoc certe tanti fuerit, ut hec monstra  
conficias*

conficiat. Quare te charissime nepos, unica spes, et idem Epilogus per decus tue gentis, per luculentissimas maiorum tuorum <sup>oblationibus</sup> imagines, per egregiam indolem, per sapientiae laudem, cui semper studiisti: per nostram, patriaeque expectationem, per bene auspicata laudum tuarum initia, obsecro, atque obtestor, ne committas, ut quum hactenus ceteros uiceris, a te ipso superatus uidearis. Dij tua coepit secundent, et felicibus utere fatis. Vale decus nostru. Est et inter Hieronymianas epistolæ, exhortatoria ad Heliodorum, quæ uniuersum eius generis artificium una complectitur.

### Degenere dehortatorio.

**O** Perapretium non putavi, dehortationis exemplum subiçere, quod eadē sit utriusq; generis ratio, quum nix unquam exhortemur, quin eadē opera dehortemur. Exempla eorum quibus ea res infelicitè cessit, accusabimus. Deinde rei turpitudinem, pro brum, conuictia, dannū, incommoda diligenter colligemus, quæ per exortationem, quam rhetores descriptionem appellant, ante oculos ponemus. Sed haec aliaq; studiosorum industria reclinquanda putavimus. Nunc ad singulas cuiusq; generis partes, non quidcm ex omnibus, sed optimis autoribus sylvam quandam uerborum, ac sententiarum subministrabimus: quibus ex nostris nonnihil adiiciemus, quò scripturi, haec semper tanquam penum ad manum habeant, et imitandi studio, similia discant effingere.

### Exemplum depromptum ex prima Ci ceronis ad Q. fratrem epistola.

**Q** uare, quoniam in istis urbis cū summo imperio et ab expectatio-  
ne potestate uersaris, quibus uirtutes tuas cōsecratas,

et in deorum numero collocatas uides, in omnibus rebus,  
quas statues, quas decernes, quas ages: quid tantis homi-  
num opinionibus, tantis de te iudicijs, tantis honoribus  
debess, cogitabis. Quod si in medio cri laude sermonis, ac  
prædicationis, res nostræ essent, nihil à te eximium, ni-  
hil præter aliorum consuetudinem postularem. Nunc ue-  
ro propter earum rerum, in quibus uersati sumus, splen-  
dorem, & magnitudinem, nisi summam laudem ex ista  
prouincia assequimur, uix uidemur summa uituperatio-  
nem posse uitare. Ea nostra ratio est, ut omnes boni tum

*Ab expectatio-  
ne malorum.*

fauent, tum etiam à nobis omnem diligentiam, virtutemq;  
postulent & expectent: omnes autem improbi, quod cum  
his bellum suscipimus sempiternum, uel minima re ad re-  
prehendendum cōtentи esse uideantur. Quare cum eius-  
modi theatrum est totius Asie celebritate refertissimum,  
magnitudine amplissimum, iudicio eruditissimum, natura  
autem ita resonans, ut Romanam usque significationes uo-  
cesq; refratur, contendere queso, atq; elabora, non modo  
ut his rebus dignus fuisse, sed etiam, ut omnia illa tuis  
artibus superasse uidearis. Simul & illud cogita, nos non  
de reliqua & sperata gloria iam laborare, sed de p̄ta  
dimicare, quæ quidē non tam expetenda fuit, quam tuen-  
da nobis est: quod reliquum est, id non tam difficile, quam

*Mitigatio ex-  
hortationis.*

preclarum. Exhortationem mitigat hoc modo: Atq; hæc  
non eò dicuntur, ut te dormientem oratio mea excitasse,  
sed potius ut currente incitasse uideatur: Facies enim per-  
petuo, quæ fecisti, &c. Tu quanquam consilio non eges,  
uel abundas potius, tamen hoc animo esse debes, ut nibil  
cures, quam ut antea factum aliquod egregiu audiamus,  
quam

quam futurum putaremus. Te uero admoneo tum bene= A iudea,  
 ficijs tuis, tum amore incitatus meo, ut omnem gloriam  
 ad quam a pueru inflammatu fuiſti, omni cura atque in=  
 dustria cōsequare, magnitudinemq; animu, quā ego senti=  
 per admiratus sum, sc̄mperq; amau, constanter obtineas, Oblectatio,  
 nec unquam inflebas cuiusquam iniuria. Illud te ad ex=  
 trenum & oro & bortor, ut tanquam poētæ boni, &  
 actores industrij solent, sic tu in extrema parte, & con=  
 clusione muneris, ac negotij tui diligētissimus sis. Quan=  
 obrem si me amas, quantum profectio amas: si dormis, ex=  
 pergiscere: si stas, ingredere: si ingrederis, curre: si curris,  
 aduola. Hoc sit negotium tuū, hoc otium, hic labor, hec Plauis.  
 quies: in his uigilia, in his etiam somnis reponatur.  
 Effinge aliquid, & excude quod sit perpetuo tuum.  
 Non reliqua rerum tuorum post te, aliū atque aliū  
 dominum sortientur, hoc nunquam tuum desinet esse, si  
 semel cooperit. Scio quem animum, quod borter inge=  
 nium. Tu modo enitere, tibi ipse sis tanti, quanti uidebe=  
 ris alijs, si tibi fueris. Quod te quoque ut facias, & bortor,  
 & moneo: memēto quibus imaginibus onereris, que  
 nomina, & quanta sustineas. Proinde dum suppetit uita  
 enitamus, ut mors quam paucissima que abolere posse.  
 inneniat. Lusus uocantur, sed hi lusus non minorē inter=  
 dum gloriā quam seria consequuntur. Confugit in sinum  
 tuum respublica. Ac nubi intuenti sapientia tuam, minus  
 mirū uidetur, quod mortales istos caducosq; titulos, aut  
 deprecetis aut tēperes. Scis enim ubi uera principis, ubi  
 sempiterna sit gloria: ubi sint honores, in quos nihil flan=  
 mis, nihil senectuti, nihil successoribus liceat. Arces enim

& statu& templis demolitur, & obscurat oblinio, nea  
gligit carpitq; posteritas. Contrà contemptor ambitio-  
nis, & potestatis domitor, ac frænator animus, ipsa uetus  
state florescit, nec ab ulla magis laudatur, quam quibus  
minime necesse est. Quod ego titulis omnibus speciosius  
reor, quando non trabibus aut saxis nomine tuum, sed mo-  
numentis æternæ laudis inciditur. Ibit in secula fuisse  
principem, cui florenti & incolumi nunquam nisi modi-  
ci honores, sepius nulli decernerentur.

### Exhortatio.

Cicero. **S**ed presta te cum, qui mihi à teneris (ut Greci di-  
scunt) unguiculis es cognitus. Magna est hominum  
opinio de te, magna commendatio liberalitatis, magna  
memoria consulatus tui. Hæc profectò uides quanto ex-  
prefiora, quātoq; illustriora futura sint, cum aliquantum  
ex prouincia, atque ex imperio laudis accesserit. Quan-  
quam te ita gerere uolo, que per exercitum atque im-  
perium gerenda sunt, ut hæc multo antè meditere, huc te  
pares, hæc cogites, ad hæc te exerceas, sentias' que id,  
quod quia semper sperasti, non dubito, quin adeptus, in-  
telligas te facillime posse obtinere summum atque altissi-  
mum gradum ciuitatis: que quidem mea cohortatio ne  
tibi inanis aut sine causa suscepta uideatur, &c. Teq;  
ad studium summe laudis cohortabor. Est enim tibi gra-  
uis aduersaria constituta, & parata incredibilis quedam  
expectatio, quam tu una re facilime uinces, si hoc statue-  
ris, quarum laudum gloriari adamaris, quibus artibus  
& laudes comparantur, in ijs esse laborandum. Lib. 9.  
epistola, Duabus tuis, locos habet bortatorios, & item  
gratula

gratulatorios, circa medium et finem. Quam indicare malui, partim ne uolumen oneretur, partim quod gratiora sunt que nobis ipsi decerpimus. Epistola libro i o. Quam ipsum Furnium, aliquot habet locos exhortatorios. Item certe dicitur super hoc, curaque effice, ut ab Cicero ad Att omnibus et laudemur, et amemur. Per fortunas tuas Cicero, per liberos te oro et obsecro, ne quid grauius de sa Dehortatio lute, et incolumentate tua consulas. Nam deos hominesque amicitiamque nostram testificor, me tibi praedixisse, neque temere monuisse. Quare si tibi tu, si filius unicus, si dominus, si spes tua reliquae tibi charae sunt, si aliquid apud nos, si uir optimus gener tuus, ualeamus, sororu fortunam non debes uelle conturbare, ut eam causam, in cuius uictoria salus nostra est, odise, aut relinquere cogamer, aut impiam cupiditatem contra salutem tuam habeamus. Etiam atque etiam Cicero cogita, ne te, tuosque omnes funditus euertas: nec te sciens, prudensque eò demittas, unde exitum nullum uides esse. Quare quid est quod ego te borter, ut dignitati et glorie seruias? Proponam tibi claros uiros, quod facere solent qui bortantur: neminem habeo clariorem, quam te ipsum. Te imitare oportet: tecum ipse certes: ne licet quidem tibi iam tantis rebus gestis, non tui similem esse. Quod cum ita sit, bortatio non est necessaria, gratulatione magis utendum est. Contigit enim tibi, quod haud scio, an nemini, ut summa seueritas animadversionis, non modo non inuidiosa, sed etiam popularis esset: et cum bonis omnibus, tum infimo cuique gratissima. Hoc si tibi fortuna quadam contigisset, gratularer felicitati tuae: sed contigit magnitudine tum animi, tum etiam inge-

Adhortatio.

nij, atq; consilijs. Quo facto intelligere debes, in te positā  
 esse Remp. tibi q; non modo tuendos, sed etiam ornandos  
 illos viros, à quibus initū libertatis profectū est. Tu quo-  
 niā Remp. nosq; consuebas, sic ut diligentissime te ipsum,  
 mi Dolabella, custodias. Nūc mī Attice, tota mēte incum-  
 be in hanc curā: magna enim res est. Quamobrem aduo-  
 la obsecro, atq; eam Remp. quan virtute, atq; animi ma-  
 gnitudine magis, quam euētis rerū liberaſti, exitu libera:  
 omnium concursus ad te futurus est. Portem et liberū ani-  
 mum, quo et consul, & nunc consularis Remp. uendicasti,  
 sine constantia, & equabilitate nullum esse putaris. Nihil  
 enim per se amplū est, nisi in quo iudicij ratio extat: quia  
 neminem magis decet, quam te Remp. amare, libertatisq;  
 defensorē esse, uel ingenio, uel rebus gestis, uel studio, atq;  
 efflagitatione omnium. Tu te excusata, ut eam ciuitatem, in  
 qua maxima gesisti, liberam atq; honestam fore putas, si  
 modo sint populo duces, ad resistendū improborum con-  
 silijs. Quare magnum fac animū habeas, & spem bonā.  
 Cessator esse noli, & illud r̄mū exortū, noli putare ad ar-  
 rogantium minuendam solum esse dictum, uerū etiam ut  
 bona nostra norimus. Præterea meminerimus, quanto ma-  
 iori animo honestatis fructus in cōscientia, quam in fama  
 reponatur. Sequi enim gloria, non appeti debet: nec si ca-  
 su aliquo non sequatur, idcirco quod gloriā promeruit,  
 minus pulchrum est. Ii uero qui benefacta sua uerbis ad-  
 ornant, nō ideo prædicare, quia fecerint: sed ut prædica-  
 rent, fecisse creduntur. Sic quod magnificum referēte alio  
 fuisset, ipso qui gesserat recensente, uaneſcit. Homines  
 enim quam rem deſtruere non poſſunt, iactationem eius  
 incessunt.

Plinius.

inceſſunt. Ita ſi ſilenda feceris, factum iſum: ſi laudanda, quod non fileas ipſe culparis. Muſto deformius amittere, quam non aſſequi laudem. Item lib.ij. tota epiftola, cuius initium: Hominem te patientem. Huiuſmodi ſententijs extimulamus animum laudis cupidum,

Ei: diuinis agis & apertis nobis mētis. Rurſum, Aliquid: iſi ita tu: et nō dñeſtu: tū dñeſ, Item, Aliquid iſi q̄iſi, uirorū h̄ ſovigis & aliaſ.

I bone quod uirtus tua te uocat, i pede fauſto.

Nate dea, quod fata trahunt, retrahuntq; ſequamur.

Tu ne cede malis, ſed contrā audentior ito,

Quam tua te fortuna finat. Fac aliiquid dignum

promiſis. Difficilia que pulchra. In magnis & no-

luiſſe ſat eſt. Maſte hac grauitatis gloria Cæſar.

Plinies.

### Dehortatio.

Cic. epist. famili.

**S**E dego te ut ad certum laudem adhortor, ſic à dimi-  
catione deterreo: redcoq; ad illud, quod initio ſcri-  
psi, totius ſati tui iudicū, non tam ex conſilio tuo, quam  
ex euentu homines eſſe facturos.

### Commentitia mea.

**N**on eſt affectanda gloria forti uiro, ſuapte uirtute  
contento: ſed hec beneficia non aliter quam umbra  
corpus conſequitur. Non appetit laude, ſibi bene conſcia  
uirtus excimia, ſed hoc contingit illuſtrior ac uerior. Splen-  
didus titulus, pater patrie: ſed huc promeruisse pulchrius  
eſt, quam poſſediſſe. Inter omnia tua gētiq; tue decora,  
ſi ubi credis, erit hoc precipue glorioſum. Tot egregijs  
facinoribus ſumma cum laude geſtis, fac iſum euſu colo-  
phonē addat. Arduum facinus ad quod te hortor, ſed tuo  
genere

genere , tuoq; animo dignum. Ab ista familia, ab ista indele , ab ipsis factis , nihil expectatur plebecū, aut mediocre. Omnia summa præstes oportet , si uelis maiorum tuorum ornamentis, si tuae pristinæ glorie, si omniū de te expectationi respondere . Cogita te uersari in theatro longe frequētissimo, omniū oculos in te cōiectos : quibus nunquam satis facies, nisi summa cum laude peregeris cœptum istius pulcherrimi facinoris fabulam. Ipsa uirtus abunde magnū sui præmū est. Non uiuit, qui uiuit inglorius. Non perit, qui moriēs, honestam sui memoriam relinquit posteris. Ut omnia mors tollat , certe nominis honesti decus à rogo redditur illustrius. Erexeris , nubi crede, tibi monumentū ære perennius, quod non luor edax, non Aquilo impotēs, posse diruere, aut innumerabilis annorum series, aut fuga tēporū. Oncrant te tuorū imagines , nō illustrāt, nisi quis bus factis illi sibi nobilitatem pepererunt, ijs tu tuearis & alia. Huc te uocat generis tui claritas , buc patriæ pictas, buc ciuium tuorū nunc in tua uirtute sita salutantū exeras istum uere magnū animum tuum , aderunt fortibus auis superi fauētes . Audaces adiuuat ipse deus. In re honesta , suus cuiq; animus deus est. Nunc delibera , utrū malis maiorum tuorū ornamentis, tuisq; laudatissimis factis hoc decus ac ueluti summan manū addere , an generi tuo te nebras offundere: & quicquid hactenus tot egregijs laboribus partū est glorie, semel anuittere. Nulla possessio difficultius aut tardius paratur, quam honestæ famæ, nulla ciuitas amittitur. Si te nulla mouet tantarum gloria rerum, certe liberis tuis nullam possessionē relinquere potes uel speciosiorē , uel preciosiore, quam huius facti nunquam intermo

intermoritioram gloriam. Ut leones & aquila, non cum  
 quibuslibet feris belligeratur, sed quasdam prædas, ut suis  
 unguibus indignas cōtemnunt: ita tuum est, hoc facinus,  
 quò maius est, ac difficultius, hoc maiore cum animo susci-  
 pere, uelut eximiam gloriæ materiam, eximia virtuti ser-  
 uatum. Scio difficultionum esse ad quod hortor: nec ignoro  
 uerum esse quod dici solet, è multis dīspēs: aliquando  
 grauiora prestitisti, nec aliis animis par tanto negotio.  
 Si palma designatur cedere ponderi imposito, sed ma-  
 gis aduersus impositum nititur, sursum erigens se: quā-  
 tò magis oportet fortissimi uiri animum, ex ipsa negotijs  
 difficultate crescere? Non hec scribo, quò te cessantem  
 extimulcm, sed quò sponte currenti calcar (quod aiunt)  
 addā. Non tam hortor, ut ista facias, quād gratulor ultiro  
 properanti, quò nostra uota tuam virtutem uolebant  
 inuitare. Primum cogita, quid deceat Germanum, deinde  
 quid Saxonem, deinde quid Alberti nepotem, postremò  
 quid Philippum. Duplicem sustines expectationem, ni-  
 mirum ut laudatissimo patri Philippo Philippus, & exi-  
 mio fratri, cui succedis, respondeas. Nobilitas uera, non  
 aliunde quād ex egregijs factis nascitur. Hanc ipse ti-  
 bi prestare potes. Quid suspicias uetus ta stemmata?  
 Quin ipse tibi paras imagines? pulchrius erit decus  
 cuius autor fueris, quād cuius heres. Quantò pulchrius  
 est, te tuis maioribus tua uirtute prelucere, quād in a-  
 liene laudis hereditatem uenisse! Probrum ignavia quo-  
 rundam nuper acceptum, tua uirtus, tuaq; uigilantia  
 sarciat oportet. Proxime acceptam cladem omnes fortu-  
 ne imputabunt, si nunc declararis, quantum in bello  
     ualeat

ualeat fortis & infraclus ducis animus cum eximia pru-  
dentia coniunctus. Nihil magis nostrum est, quam quod  
nobis nostra paratur industria. Hoc tibi praefat ista pe-  
ctoris uirtus, ut audreas: hoc patriæ pietas, ut uelis: quod  
reliquum est, dabunt superi, & pietatis fautores, & ho-  
nestæ uirtutis prouectores. Magis istius animi esto. Istius-  
modi studijs ad nominis æternitatem grassare. Eia, male  
uirtute. Sic sic itur in cœlū. Age fortissime iuuenis, ne de-  
fatigare, ne conquiesce, donec pulcherrimis gestis bone-  
stissimum finem imposueris. Maxima studij pars tibi iam  
decursa est: hoc alacrius ad metam propera, quo propior  
es. Nihil est tam arduū in rebus humanis, quod non effi-  
ciat, si sibi imperarit animus, ut magnopere uelit. Que-  
res primū deos ac diuos fecit? non' ne preclara in Remp.  
merita? Quid enim deo similius, quam excelsus animus,  
uel gratis de uniuerso mortalium genere bene mereri stu-  
dens? Magnificentius est, amplissimos honores prome-  
ruisse, quam obtinuisse. In magnis & uoluisse magnū est.  
In rebus preclaris etiā conatus in magna laude ponitur.  
Quum hactenus in campo glorie præcucurreris omnes,  
hic tui similis sis oportet. Si quid in te generosæ mentis,  
si quid paternæ indolis, si qua scintilla pietatis in patriâ,  
si quid consilij, si quid constantis animi, si quid mascu-  
liroboris, si quid heroice uirtutis, id totum nunc expre-  
mas oportet. Non poteris in hoc laudis cursu defatigari,  
si spectes, quæ præmia tibi sint proposita. Perge infra-  
eto anino, quæ coepisti, nomenq; tuum immortalitati  
commenda. Verum decus non in opibus, sed in uirtute  
positum est. Bene collocauit, qui patriæ uitam impendit.

Te

Te unum spectant oculi ciuium tuorum. Tuis humeris innixa est patria. Illi desponebunt animum, nisi cum presteris, quem semper esse iudicarunt. Hec ruitura est, si te subduxeris. Cogita labore esse brevem, felicitatem ad quam properas, esse perenne. Ardua est, iuxta Hesiodum, uirtus uia, sed in uertice manet inestimabile prenuim. An aliquid durum uideri debet, quo paratur eterna felicitas? Ne specta, quid hic aut ille interim de te loquatur, sed quid tota posteritas semper sit loquitura. Vere regium, magnius animi est, male audire, quem beneficeris. Inuidiam maluolorum, gloria benefactorum obrue. Pulcherrimum inuiditatem genus est, inimicum benefactis ad suspendum adiungere. Inuidorū latratus, uelut ignaurum canum negligi. Illud uide quod te honorū consensus prouocat. Malis placuisse tam turpe est, quam ob turpia. Enitere ut his placreas, qui bonis placent omnibus. Asina per medios ignes succurrit suo scutui, & uir fortis destituet patriam periclitantem, cuius pars sunt & liberi? Parua & exilia sydera, ualidorū exortu obscurantur, sed tu non potes magis illustrare progenitorū tuorum gloriā, quam si ad istum modum famam illorum obscures. Eò perge, non quod te regocat mundus, sed quod te uocat CHRISTVS. An te remoratur difficultas, ubi coelum pronuntitur? An diffidis, ubi fautor & adiutor est CHRISTVS? An dubitas de premio, ubi promissor est deus? Non agnosceret beneficium tuum etas tua. Atqui istud item est animo excelso dignum. Nullum beneficij genus heroicis animis dignius, quam quod erogatur in posteros. Sudoribus emuntur litterae, sed parunt immortalitatem. Vigilijs parantur, sed

k scmel

semel parte nunquam amittuntur. Serius contingunt, sed  
 ubi contigerint, tutissima simul & perennis est possessio.  
 In alijs egregie gestis, magna laudis portio fortius deci-  
 ditur, nonnullam & hi sibi uendicat, quoru opera res per-  
 acta est, huius facti gloria insolitum tua erit. Summa de  
 te spem concitasti, non est tibi committendum, ut hanc fe-  
 fellisse uidearis. Genus, indeles, prudentia, animi sublimi-  
 tas, pristina decora, mira quandam de te concitarunt apud  
 omnes expectatione, hanc fallere turpissimum fuerit, equa-  
 re necessarium, uincere pulcherrimum. Si uoles cogitare,  
 quid te dignum sit, sic te geras in ista prouincia, ut qui in  
 eadem ante te, non mediocri cum laude uersati sunt, tui  
 comparatione magnam laudis partem amittant, neq; quis-  
 quam exoriatur, qui tibi ausit succedere. Fac ita te geras  
 in isto magistratu, ut & autoritate tua successori tradas  
 augustiorem, & integritate uigilantiq; difficiliorē. Co-  
 gitato tecum, quicquid est istud laboris, quod percipiendae  
 iurisprudentiae datur, tribus, aut ad sumnum quatuor  
 annis absolu: ceterū honorem in omnem usq; uitam te  
 comitaturum. Labor abit, honestas manet: labor breuis,  
 gloria immortalis. Alij tot annos desudant, per terras ma-  
 riaq; uolitant, ut rem familiarem augeant, te pigebit ad  
 paucos annos honestissimis studijs incumbere, quo tibi  
 simul & rem, & dignitatem parcs? Honos alit artes, ut  
 scripsit Cicero: & hoc tibi calcar non mediocre debet  
 addere, quod is princeps nobis contigit, sub quo nemo  
 gratis uirtutem colit. Quidam ita propagant nominis sui  
 memoriam, at nullum monumentum fidelius custodit ho-  
 minis famam, quam si benefactis nomen tuum insculpas.  
animis

animis hominum, hoc est, si ingenij monumentis, non solum de tua patria, uerum etiam de cunctis nationibus: nō solum de tue etatis hominibus, uerum etiam de posteris bene merearis. Vide etiam atq; etiam necnbi dormites in hoc opere: magni refert, unde sumam auスピceris. Expedit omni cura perpolitum esse, per quod primum innoteſſe re uis populo. Postea quam ſemel bonarum literarum patrocinium ſuſcepisli, non oportet de gradu cadere. Vides cum cuiusmodi monſtris res eſt: prorsus Hercule quopiaſt opus. Eum nemo melius pŕeflabit uno te. Obteſſor Detortatio, te per nostram ancitiam, per utriusque ſalutem: nam mea, niſi te in columnā non conſtiterit: ne te periculoſo ne- negotio admisceas. Vel hircus Aſopicus te doceat, ne te coniūciat temere in negotium, unde quam uoles, non poſſis temetipſum extricare. Faciliſ descensus Auerni, ſed reuocare gradum, perdiſſicile eſt: Si tibi uilis eſt tua uitia, uxoris ac liberorum te moueat calanatas. Sine his tu perire non potes, quam ex te uno pendeant omnes. In te omnis domus inclinata recumbit. Hanc tua prudentia, tua uigilantia, tua fortitudine fulcias oportet, alioqui collapsuram. Tu invicto animo, quod honestiſimū iudicabis ſequere: Optime cauſe fauebunt & numina.

### Exhortatio mea.

**C**Ogita quanta factū iſtud laus & gratulatio ſit conſequutura. Quid multis! ſic te numeris omnibus uitatum abſolutū preſta, ut inimici uituperare te non poſſint, niſi ſimul laudent. Illud noctes, diesq; tecum cogita, quo te quoq; poſſis tollere burno, uillorq; uirū uoliare per ora. Quis non exſculetur iſtam eximiam indolem?

**Q**uare te etiam atque etiam hortor, ut quod tibi maiores  
pretulerunt, tu posteris praefiras. Tu uel unus efficere po-  
tes, ne proorsus uerum sit quod uulgò iactatur, nobiles no-  
stros nihil habere in domibus suis pulchrum, nisi imagi-  
nes. Hortantur te uno ore anuci omnes, ut magno sis ani-  
mo, utq; omnia summa speres. Hoc utilissimum iudicato,  
quod est cum honestate coniunctum.

### Dehortatio mea.

**S**IC habeto rationem dignitatis, ut memineris salutis.  
Fama agrè quidem restituitur, sed restituitur tamen.  
Vita semel amissa nunquam recuperatur. Stultum est cum  
eo contendere, cui par esse non possis. Qui certat cum eo,  
quem non potest uincere, queso quid aliud quam irritat  
crabroness? Frustra nitido, nihil aliud quam odium que-  
rere, an non extreme dementiae est? Si aduersus naturam  
tuam niteris, nihil aliud quam cum dijs pugnaueris: &  
scis quomodo res ea successerit gigantibus. Quanto cum  
periculo tentantur ea, que uires nostras superant, Phae-  
tonis, Icari, & gigantū fabula te docere poterit. Quām  
non tutum sit audacem esse erga potentes & armatos,  
Adonidis interitus docere nos debet.

### Quibus respondendum exhortatori.

**C**VM ego idipsum destinasset, addidisti calcar spon-  
te currēti. Video quām fauēs gloriæ mee. Itaq; da-  
bo operam, ut non solum iudicio de me tuo, uerum etiam  
studio satisfaciam. Quanquam ipsa res iandudum inflam-  
marat animū meum, tamen non medio cre calcar addidit  
tua tam amica exhortatio. Utinam fortuna & meo ani-  
mo, & tuo studio respondeat. Non dia ratione poterat

me magis deterrere, quam qua me conatus es incitare. Ais quicquid præscripsero, omnes habituros oraculi uice. Abjet ut in negocio tam periculo, meam autoritatem quisquam sequatur. Strenue tu quidem suffundis aquam, quod aiunt, sed nubi magis opitulatore opus est, quam hortatore. Quin ipse capessis ad quod me instigas? Si uideres uires meas esse pares negocio, nihil esset opus, qui adderet animum. Animi satis est, si tantundem esset uirium. Næ tu equam, quod dient, in campum prouocas. Te quidem autore nihil non audebo. Iste tuus animus tam feliciter ominans, nubi fuerit auspicij uice. Nutantem animum, tua exhortatio totum impulit in curam huius negotij. Omnis iacta sit dea. Nos tuis auspicij, rem fortiter aggrediemur. De exitu uiderint superi. Nos quod in nobis est, fortis & erectum animum prestabimus. Age, nos uela uenitis pandemus. Tantum ut fortibus ausis aspirent superi. Ut in am, quemadmodum addis animū, ita posis & successū rei dare. Tanti est apud me tua autoritas, ut te autore nō dubitem uel in medio saltare foro. Quis tam est Thersites, quem ista tua tam ardens oratio non faciat uirum? Acres stimulos addidit tua exhortatio, sed iam currēti, ut aiunt. Quid mea sponte faciebā, id tuo hortatu multò fūciam alacrius. Ut forti militi tube sonitus ad præliū addit animos, ita tua exhortatio me satis iam animatū, reddidit alacriorem. Ut qui monet quasi adiuuat, quemadmodum ait Plautus, ita qui hortatur, qui acclamat, qui applaudit.

### De epistola suaforia.

**I** AM ad suaforium genus ueniamus, quod quidē ab illo superiori non admodum abhorret. Nam ut illic, ita hic

k , quo

quoq; laudem, spem, expectationem, cohortationi nonnū-  
quam admiscentur. Complectitur autem hoc genus uarias  
epistolarū species, quas separatim tractabimus. Nam &  
qui petit suadet, & qui commēdat, & qui cōsulit, & qui  
Quibus parti- monet, & qui cōsolatur. Suasoriā igitur epistolam hoc  
bus conficit su- soria epistola. pacto licebit instituere. Si res postulabit, captanda pau-  
cis est benevolentia. Id quemadmodum fieri conueniat, à

**Narratio.** rhetoribus diligenter monstratum est. Deinde narrationē  
subiiciemus, in qua omnia ad suadendum accōmodabimus,  
& tanquam argumentorū semina iaciemus. Deinde si res  
ipsa in se partes continebit, eas cū diuisione proponemus.

**Diuisiō.** Quod si simplex erit, ipsi nostro ingenio diuisionē facie-  
mus, & rationū capita, à quibus potissimum sumus suasuri,  
sub distributione, ut diximus, enumerabimus. Deinde sin-  
gulas rationes uarie, copioseq; tractabimus. Si quid ue-  
bementer nostrae rationi videbitur officere, id statim in  
**Confessio.** principio destruemus, aut ut quicque inciderit, ita confu-  
tandum erit. Sed de rationum inuentione prius, poste a de-  
carum tractatione præcipiemus. Sumuntur autē rationes.

**Enumeratio** ab his potissimum partibus, honesto, utili, tuto, iucundo,  
partium à qui- facil, necessario. Honestum autem dividitur in rectum &  
bus conficit, laudabile. Rectum in uirtutem & officium. Virtus in pru-

**Partes à qui-** dentiam, iustitiam, fortitudinem, temperantiam. Prudentia  
bus suaderat. in intelligentia, memoriam, prouidentiam. Iustitia in natura,  
confuetudinem, & legem. Natura in religionem, pietatem, gra-  
tiam, vindicationem, obsecratiā, ueritatē, pactū, par, iudi-  
catum. Fortitudo in patientiam, magnificenciam, fidentiam,  
perseuerantiam. Temperantia in continētiā, clementiam,  
**Definitiones** modestiam. Honestū, est quod propter se est expetendum,

**Sogolorum.**

Rectum quod cum uirtute sit et officio. Virtus est animi  
habitus rationi consentaneus. Officium, est uirtutis ad una=  
quaque personam accommodatio. Id sumitur ab etate, scien=  
tia, dignitate, professione, alijsque circumstantijs: ut aliud est  
officium militis, praceptoris, discipuli, consulis, praetoris,  
nobilis, plebeij, obscuri, scnis, iuuenis, docti, indocti, uiri,  
fœminæ, coiuagati, coelibis. Que quidem officia pro loco,  
tempore, et reru conditione uariantur. Prudentia est res Prudentia,  
reru multarum memoria, et usus complurium negotiorum. Memoria,  
Memoria est, per quam animus præterita repetit. Intelligentia,  
gentia est, per quam ea que sunt, perspicimus. Providentia,  
Providentia est, per quam futurum aliquid uidetur ante, quam fiat.  
Iustitia est equitas, ius unicuique tribuens pro dignitate  
cuiusque. Natura ius est, quod nobis non opinio, sed quædam ius innata inseuit. Religio est ius insita, quæ deorum  
metu et ceremonijs hominē dicit. Pietas est in parentes  
aut patriam, aut alios sanguine iunctos officium. Gratia, Gratia,  
est officiorum, honorum, et amicitiarum memoria, et re=  
muneratio. Vindictatio est, que vim, et contumeliam defen=  
dendo aut ulciscendo propulsat, per quam peccata puni=  
mus. Observantia est, per quam etate, aut sapientia, aut di=  
gnitate aliqua antecedentes ueneramus. Veritas est, que nos mouet ut rem sicuti est et sicuti scimus dicamus. Co=  
suetudo ius est, quod sine lege propter uetusitatē, et quæ ac=  
si legitimum sit, usitatū est. Pactum est, quod inter aliquos  
conuenit. Par est, quod inter aliquos cōmune et aequalē  
est. Iudicatum est, de quo alicuius, vel aliquorū sentētia iam  
constitutū est. Lex ius est, quod aut populi, aut imperato=  
rum iussu constitutū est. Fortitudo est reru magnarum fortitudo,

appetitio, & rerum humilium cōtemptio, & laborū cum  
**Magnificētia.** utilitatis ratione perpeſſio. Magnificentia eſt rerum ma-  
 gnarū, cū ampla animi cogitatione administratio. Fiden-  
**Fidentia.** tia eſt, per quā animus in magnis & honestis rebus mul-  
 Patiētia, tam in ſe fiducie certa cum ſpe collocauit. Patiētia eſt re-  
 rum arduarū, ac difficultium honestatis ac utilitatis cauſa;  
**Perſeuerantia.** uolūtaria, & diurna perpeſſio. Perſeuerantia eſt in ra-  
 Temeptantia. tione bene conſiderata, ſtabilis & perpetua permuſio.  
 Temperantia eſt rationis in libidinem, atq; alios non re-  
 Continentia. clos impetus, animi firma, ac moderata dominatio. Conti-  
 nentia eſt, per quam cupiditas, cōſiliij gubernatione regi-  
**Clementia.** tur. Clementia eſt, qua animi temere in odiū concitat, co-  
 mutate retinetur. Modestia eſt, per quam pudor honestus,  
**Modetia.** claram & ſtabilem cōparat autoritatē. Hæc ſunt que ho-  
 nesta appellantur, propter ſe expetenda. Que bis autem  
 contraria ſunt, turpia nominantur, & propter ſe ſunt fu-  
 gienda. Et quoniam uirtutibus uitia ſunt finitima, nō diſfi-  
 cile erit, quāuis rem uel ad laudem uel ad reprehensionem  
 retrahere: idq; uel à nominis deprauatione, uel ab aliqua  
 circumſtantiarū. Sed hæc rhetorū ſunt, & ex eorum pre-  
**Laudabile.** ceptis mutuāda. Laudabile eſt, quod cōſicit honestam, &  
 præſentem, & ſequentem cōmemorationem: id ex officio  
 & uirtute naſcitur, neq; unquam ab honesto separatur.  
 Utilitas in conſeruatione præſentium & cōparatione ſe-  
 ! Ville, quentiū commodorum, & in eorū que bis ſunt cōtraria,  
 uitatione conſiſtit. Commiodorum uero, que & bona ap-  
 pellantur, quedam ſunt corporis, ut forma, uires, facultas,  
 & eiusmodi: quedam animi, ut docilitas, celeritas ingenij,  
 memoria felix, bonitas naturæ & indolis. Ad hæc que  
 noſtra

nostra paramus industria, eruditio, magnanimitas, tempe-  
rantia, ac cæteræ virtutes: quedam fortune, ut honores,  
magistratus, opes, amici, &c. eiusmodi. Horum ut quicque  
tractandum sit, ne sim prolixior, à rhetoribus peti in bebo.  
Tantum argumentandi formis annotabo, que rhetori con-  
ueniant: nam cæque in tres figuræ digessit Aristoteles,  
magna ex parte frigent, etiam in philosophorum scholis.  
Quanquam hanc partem non reperi in exemplari, quod  
apud me fuit manus descriptum. Atq; inter recognoscen-  
dum plane comperi, hoc ab alio quopiam assutum fuisse,  
qui nactus sit hec in schedis meis, ex rhetoru[m] præceptio-  
nibus, in aliud quempiam usum decerpta. Nō resecuimus  
tamen, quod in his magis desideraremus aptam tractatio-  
nem, quam utilitatem.

### De complexione, &c cæteris argu- mentationum oratoria- rum generibus.

**C**omplexio est, in qua utrumvis concesseris, reprehē-  
ditur. Vare, si tibi bonus præceptor fuī, quid insecta-  
ris bene meritum: sī malus, cur revocari? Poëtas define ca-  
lumniari: quos si ipse didicisti, cur in alijs reprehendis,  
quod ipse feceris: sī, quod magis credo, non didicisti, cur  
quod ignoras calumniarī? Pater si maritum improbū no-  
ueras, cur me illi collocasti? si probum, cur distrahis? Ga-  
binū admonendum non censeo: nam si probus est, non est  
reprehendendus: sī improbus, admonitionem tuam con-  
temnet. Miserum est habere uxorem: nam si formosa sit,  
metu angeris: sī deformis, hoc ipso miser eris, quod de-  
formem habes. Si meministis, obtundam: sī oblii estis,

quam re nibil egerim, quid uerbis efficere possum? Stultum est, cuiquam absenti obtrestare: nam si amicus est, cur presentem potius non admones? si inimicus, cur odium eius irritas, et illi nibil noces? De futuris euentis angmetu non debemus: etenim si bona sint, frustra metuimus: si aduersa, infelicitatem duplcamus.

De falsa complexione, Deprauata autem complexio dicitur, quā aut utraq; pars, aut altera cōuersti potest, et in adversarium retorqueri: ut illud apud Aul. Gelliu: Intendo tibi lité: si persuasero me nibil debere, nō reddo mercede, quia persuasi: sin minus persuasero, nibil debeo: neq; enim didici artem. Sic utraq; pars conuertitur: Si persuaseris te nibil debere, dabis, quia didicisti artem: sin minus persuaseris, rursus accipiā, quia nō persuasisti. Accusandus omnino nō est: nam si ueretur, quid cum accusas, qui probus est: si non ueretur, quid cum accusas, qui id parui estimet? Inuertere partem priorē: Imò si ueretur, maxime est accusandus, ut corrigatur. Inuertere posteriorem sic: Imò si non ueretur, hoc ipso est accusandus, quia improbus. Complexio, quae ex oppositis partibus cōstat, refelli non poterit, ut hēc: Non sum accusandus, si aliter cuenit, quam putavi. Nam si sciebas id nō profuturum, tu potius es accusandus, qui quod Reip. utile uidebas, præsens conticuisti: sin nesciebas, nec hic sum accusandus, cum et tu eiusdem futuronū in scitiæ reus sis.

De enumeratione, Enumeratio est in qua pluribus rebus expositis, ac ceteris infirmatis, una reliqua necessariō cōfirmatur, hoc modo: Si illū ab hoc dicas occisum, quā sine causa nunquam suscipiatur maleficium, necesse est, aut metu, aut odio, aut specielicuius commodi, aut amici alicuius gratia ab hoc esse occisum

occisum: sed neq; odium, neq; metum, neq; spem intercessisse, neq; ad amicum aliquem mortem eius pertinere, probare poteris. Relinquitur ergo ab hoc non esse occisum.

## ALTERVM EXEMPLVM.

Quoniam hunc fundum constat meum fuisse, que tu nunc possides, necesse est aut hereditate tibi obuenisse, aut te vacuum occupasse, aut hunc emisse, aut usum tuum fecisse, aut certe me inde ut deieciisse. Me uero, mea res hereditate tibi obuenire non potuit. Emptio nulla profertur. Vnde, quod meū fuisse constat, possidere non potes. Usu tuum non fecisti. Relinquitur igitur, ut ut me a mea possessione deieceris. Hec argumentatio confutatur, si aut unū aliquid membrū, quod ab aduersario præteritū erat, profertur: aut si unū quippiam ex his quae prolata sunt falso ostenditur. Ut si dicat eum agrum sibi datum esse, quod ille in enumeratione præterierat: aut si exemptionem proferat, quod alter in enumeratione negarat. Simplex conclusio, est argumentatio, in qua ex eo quod antecedit, aliquid consequi necesse est, hoc modo: Si hunc hominem in provincia constat fuisse, occisum, ab hoc qui tū Romæ fuit, occidi non potuit. Itē: Spirat, igitur nō est mortuus. Peperit, igitur cū uiro coecepit. Cū uiro coecepit, igitur uirgo non est. Homo est, igitur animal est. Poëta nouit, igitur didicit. Hec argumentatio confutatur, si nō coherere consequens ostenditur: ut, Si mater est, diligit filium. At Medea (dicet aduersarius) filium interfecit. Poëta est igitur lascivus. At Prudentius continetissime uite fuit. Sunt enim quædam, que probabiliter quidem, ac iuxta sensum communem, sed neq; necessario, neq; perpetuo consequuntur. Ferè fit, ut iuuenes illaquecentur, amoribus

De simili cō-  
clausione.

amoribus, sed reperias castissimus moribus præditos. Aut si quod antecedit negabitur: ut si in primo exemplo dicat aduersarius, cum non Romæ, sed in provincia fuisse. Subiectio est argumentatio, in qua querintus, quid pro aduersario, aut contra nos dici posse. Deinde per singulas interrogationes, propere subiçimus rationes, quibus id quod dictum est, non ita esse ostendimus, hoc modo: Quero igitur, unde iste ex tenui, tam pecuniosus sit factus? patrimonium amplum relictum est? At patris bona uenierunt. Hæreditas aliqua obuenit? At à suis exhiberedatus est. Ex mercatura quam agere constituit, quæstum maximum consequitus est? At ex ea re, quæ habere videbatur, omnino amisit. Quare si his rationibus locupletatus non est, aut illi aurum domi nascitur, aut unde non operari, surripuit. Numeratur hæc argumentatio & inter exornationes. Nam quatenus aliquid colligimus, argumentatio est: quatenus ornatam conficit orationem, exornatio putatur. Neq; tantum ad concludendum adhibetur, quem non minus habet dignitatis, hoc modo: Quid faciam miser: taceam: instigem: purgem me: laterem lauem. Reprehenditur hæc argumentatio, aut enumeratio: à qua non multum differt, si aut aliquid pretermissum ostenditur, aut infirmatur aliquid ex enumeratis.

De oppositio-  
ne.

Oppositio est argumentatio, in qua ex opposito propositionis, ad ipsam propositionem revertimur, hoc modo: Si eo tempore, quo hunc hominem in provincia occisum dicitis, Romæ fui, relinquitur à me occisum non fuisse. Hæc propositio est, cuius oppositum sequitur. Nam si eo tempore, quo hunc hominem in provincia occisum dicitis, in

*in prouincia fuissim, à me occisum suspicari poteratis;  
nunc autem, quam eo tempore in prouincia non fuerim,  
nihil est quod hominem à me occisum suspicemini.*

## ALIVD EXEMPLVM.

Oportet nouo exemplo contra Cimbros Caium M<sup>ar</sup>ium imperium continuare. Nam si pax esset, & nullus nos ad nouas cogitationes cogeret, licet autem facere, que uolamus, nunquam nobis Quirites nouandū aliquid dicarem contra exempla atq; instituta maiorum. Conten-  
tus enim essem moribus his, legibus, eaq; cōsuetudine, quæ nobis à patribus tradita est. Nunc autē cum bellum acer-  
rimū sit, & hostes Italianam deuastāt, quotidieq; propius  
ueniant, ac iam iorbi imminere uideantur, is qui omnibus imperatoribus antecellit Caius Marius, uel contra insti-  
tuta cōsūtatis (silent enim leges inter arma) ut nos liberet,  
nouo quodam exemplo, hoc etiam anno consulatū ac im-  
perium contra Cimbros accipiet. Etenim que non face-  
remus, si pax esset, hæc nobis cum bellum sit, necessariò  
suscipiēda uidentur. ALIVD EXEMPLVM.

Non ab insignibus modo, uerum etiam à leuisimis uitijs nobis temperandum est. Nam si nulli nobis essent ini-  
mici, facile istis uitijs ignoscere, que & humana sunt,  
& ipsa estate penē excusantur. Nunc autem quam in di-  
gnitate uite constitutus, à pluribus inuidis & maleuolis  
obserueris, dandam tibi operam censeo, ne uel in minima  
culpa deprehendi queas.

## ALIVD EXEMPLVM.

Grauiſſime omnino iſtam iniuriam stram necesse est,  
que si mibi ab alieno quopiam, de quo nihil essem bene-  
meritus

meritus, obiecta esset, & quiore animo ferrem: licet enim inimicum ulcisci, & simplex uulnus esset. Nunc autem quum ab eo hanc contumeliam acceperim, qui cum summa mibi familiaritas fuit, & in quem tantum officiorum contuli quantum in aliud neminem, non molestissime ferre non possum. Duplicatur enim uulnus, quam iniuria in gratitudo summa additur, & cum quo amico sum usus, sine summa turpitudine non licet ulcisci.

## ALIVD EXEMPLVM.

Haud equum est, ut tibi meam operā sine fructu commodem. Nam si refrendi facultas tibi deesset, uoluntas prompta adesset, uoluntate contentus essem. Nunc autem quum sis opulentissimus, & id tibi supersit, quod nubi decet, band per est, te gratis meum officium postulare.

**Violatio.** Violatio, quam Greci *blasp* appellant, est argumentatio, in qua ex aduersariorum ratione, non id quod ipsi uolunt, sed quod nobis utile est, sequi demonstramus. Hec in confutatione solum adhibetur. EXEMPLVM.

Non est ducenda uxor. ratio, eò quod ex connubio, in orbitatem & luctum incidamus. Imò cò maxime est uxor ducenda, que filijs alijs procreatis, luctum orbitatis à nobis expelli. ALIVD EXEMPLVM.

Non sunt legendi poëtae, demulcent enim legentis animum, & alliciunt. Imò ob id ipsum sunt legendi, quia demulcent animum. ALIVD EXEMPLVM.

Nihil est magni tentandum cuiquam, cò quod breuis sit hominis uita. Imò tanto magis aliquid egregij tentandum erit, ut quam diu uiuere non possumus, aliquid relinquantus, quo nos uixisse testemur. Et iterum: Dominan-

dus est, occidit hominem: immo præmio donandus, quia ty= rannum hominem occidit.

Inductio est argumentatio, que rebus non dubijs con= De inductione  
cessis, propter similitudinem, rem que dubia erat, com= probat. Dic mihi pretor, utrijs sententijs pugnandum, nec ne: si illo die inter nos dissensissimus, utrius sententiae staretur? Non est dubium, inquis, quin Consul. Quod si diuersa fuissent auspicia, & mea quidem pugnandum eo die significassent: tua, quiescendum: meis ne auspiciis pu= ginandum fuisset, an tuus quiescendum? Meis scilicet, quia consul fui, parendum dices. Age uero, si meis auspiciis, mea sententia, pugnatum prospere est, aequum ne tibi ui= detur cum honorem ex ea re asequi, cuius nec sententia, nec auspiciis quicquam actum est?

## A L T E R V M E X E M P L V M.

Dic nabi senex ingratissime, si nihil in te beneficij collocasset, num tu me iniuriam uocasses? Non, inquieris. Neque enim iniuria uideri potest, si nihil de eo bene me= rearis, cui nihil debes. Nunc igitur quum ultro pluri= mum in te officij contulcrim, non aequum est te nabi suc= cēdere, quod bene facere desierim, qui succensere non po= teras, etiam si nunquam bene facere coepisem.

Collectio est argumentatio, que rationibus & expo= Decollectione  
litione absolvitur. Hec in quinque partes distributa est: propositionē, rationem, rationis confirmationem, expoli= tionē, & conclusionem. Propositio est, per quam summa= tim ostendimus, quid sit quod probare uolumus. Ratio est, que demonstrat verum id esse, quod proposuimus uno aut pluribus argumentis. Rationis cōfirmatio, que rationem  
expo

*expositam corroborat. Expositio est, que rei locupletande & honestandæ causa sumitur. Conclusio est, que postremo diffusius dictas breuiter colligit partes argumentationis.*

E X E M P L V M .

**Proposito.** *Quoniam breuiter docui iudices, qua de causa semper Vlysses Aiacem extinctum uoluerit, nunc ne quid uobis impedimento sit, quini cum ab hoc interfectum uel hac luce clarius uideatis: potuisse quoq; quod uoluerit facile perficere, quam breuiissime ostendam. Nam is quem sine so-*

**Ratio.** *Ratio, quoniam breuiissime ostendam. Nam is quem sine so-*

**Confirmatio.** *cijs acerrimum uirum uideret, tum demum cogitauit posse eum incastum opprimi. Et enim quem arborum frequentiam prospectum omnem eripere uideret, tum cum securum, alijs cogitationibus occupatum, non ante quicquam aduersi suspicaturum arbitrabatur, quam ei gladium occultus infigeret. Itaq; solitudo loci, obscuritas, insidiæ preparatae ac dolus, acerrimi, & capitalis inimici nibil metuentis,*

**Expositio.** *solitudo & securitas, potestate interimendi fortissimum uirum, deterrimo omnium atq; perfidiissimo prebuerunt. Non credat hoc quisquam, nisi constet nibil esse Vlyssis animo sceleratus, atq; improbus. Cuius rei indigna mors Palamedis præclarum testimonium est, quem singularis prudentiæ uirum dolo atq; insidijs confisus, uel publico iudicio superare posse sperauerit.*

*Quod si non in sylvis, neq; in solitudine, sed celeberrimo loco, cunctis spectantibus, publico iudicio, sapientissimum hominem superare posse credidit, quanto magis solum, atq; incatum, idq; in latibris interimere posse sperauit? presertim quem Palamedis iniusta nex animum ad maius facinus audendum accen-*

**Conclusio.** *quare si sylvam, si solitudinem, si illum incatum,*

incautum, hunc premeditatum hac omnia, paratumq;  
fuisse intellectis, nolite amplius dubitare, Iudices, Aia-  
cem ab Ulysse occidi potuisse.

### Aliud exemplum.

Nihil dementius est, quam de improbo homine bene Propositio-  
mereri. Quisquis enim id facit, suo officio suoq; sumptu  
hostem sibi facit cum, quem neq; amicum, neq; inimicum  
babere licuit. Nam si cum suis officijs nullis devinxisset,  
nihil cum improbo commercij fuisse. Nunc quum is ei se  
deuinctum sentiat, cui gratias referre nolit, cui debitorem  
uideri pudeat, necesse est, ut eiusmodi hominem extinctum  
uelit, ne sit, cui debere superbissimus simul, ex ingratis-  
mus homo videatur. Id si cui obscurum uidetur, Trebonij Confirmatio-  
hominis innocentissimi casu, liquido poterit intelligere,  
qui quum Varum senem, omnium quos terra sustinet, in=  
gratissimum, amicū etiam babere potuisset, si nihil de eo  
meritus esset, cum suis summis beneficijs, acerrimum effe-  
cit inimicum. Itaq; quanto se deuinctorem illi intelligit,  
cui homo superbissimus minime uelit, tanto diligentius in  
eius perniciem incumbit. Quis cum hominem sane mentis  
iudicaret, qui latroni gladiū, quo ipsum iugularet, ultro Expositio-  
ministraret? Nibilo plus sapit is, qui improbum & ingra-  
tum demerens, causam illi præbet, cur se perditum uedit.  
Quare cùm nostro beneficio summū malū nobis parari  
intelligamus: & quemadmodū amico nostro cesserit, ui-  
deamus, ipso Oreste uidebimus insiniores, si post hac im-  
probum hominem nostris beneficijs demererit uelimus.

### Aliud exemplum.

Sapientis est, fame sue longe diligentius, quam opibus Propositio-  
l suis,

**Ratio.** *suis, non minus uero diligenter quam uite consulere. Minus siquidem danni, et incommodi accipit, qui pecunia;*

**Confirmatio.** *aut etiam uitam amittit, quam qui fama. Pecunia enim amissa sarciri potest, fama semel amissa in integrum restituitur nunquam. Et uita quidem corporis, quum certos à natura terminos acceperit, in longam tempus extendi nequit.*

*Fama uero hominis, quæ est altera, et potior uita nostra, etiam post cineres, et rogum supereft. Vitam igitur quisquis eripit, rem adimit, qua nullo etiam auferete, diu frui non poteramus. At famam qui eripit, re immortali, et pulcherrima nos spoliat.*

**Expotio.** *Quod ueteres recte intellexisse nibi uidentur, qui non pecuniam modo, uerum etiam uitam ipsam effundere non dubitabant, quo nomen suum quam maxime prorogarent. Multos fuisse eo animo legimus, ut postquam se fama spoliatos uiderent, ne causam quidem esse putarent, cur diutius in uita manerent. Adeo grauius*

**Conclusio.** *fame, quam uite dispendium iudicabant. Quod si homines ijs rebus maxime timere uidentur, que cum sint preciosissime, facilime tamen perduntur, ac difficilime restituuntur: sapiens existimadus non est, qui fame, que nec restitui potest semel amissa, et qua nihil habet homo preciosius, non multò diligentius consulendum putat, quam pecuniae, aut etiam uite. Potest etiam tribus duntaxat, aut*

**De ratiocinazione.** *quatuor partibus confici collectio: si uel confirmatio, uel expotio, uel ultraq; omittitur. Ratiocinatio est argumentatio perfectissima, que accommodatione assumptionis, ad id quod propositum est elicit conclusionem. Hæc quoque sicut collectio paucioribus partibus cōstare potest, tamen ea que perfectissima putatur, quinque partibus confunditur.*

matur: Propositione, ratione, propositionis assumptione,  
assumptionis ratione, & complexione. Propositio est, Propositio  
per quam breviter is locus proponitur, ex quo omnis  
emanat uis argumentationis. Ratio est, quæ demonstrat, ue-  
rum esse quod proposuimus uno, pluribus ue-  
ratio. Ratio.

Assumptio est oratio, per quam id, quod ex propositione  
ad ostendendum pertinet, assumitur. Assumptionis ratio  
est, per quam id quod assumptum est confirmatur. Com-  
plexio est, per quam id quod ex tota argumentatione con-  
ficitur, exponimus, hoc modo: Omnes qui causam habent  
ad suscipiendum facinus, si uita eorum à maleficio non  
abhorret, libeter maleficium suscipere solent. At Ulysses  
interficiendi Alacis summam causam habuit: nec est ho-  
mocidium ab eius uita alienum. Ulysses igitur interficien-  
di Alacis maleficium suscepit. Hec est ratiocinatio tripar-  
tita, omisso rationibus. Hanc quinq; partibus hoc pacto  
trahabimus: Omnes homines, iudices, quorum uita per  
consuetudinem à scelere non abhorret, odio sic mouen-  
tur, ut uebementer exoptent suas iniurias quouis ex-  
plete facinore. Nam eiusmodi homines, qui manus semi-  
per iniusto sanguine cruetas habere consueti sunt, quum ratio.  
non possint à uitio animi recedere: non solum, quum aut  
ita accidit, ut commodum consequantur, aut incontro-  
dum maleficio uident, mouentur ad facinus: uerum etiam  
ipsi causas querunt, quibus socio iniurias manus ad-  
ferant. Etenim si boni viri cauendum putant, ut ne cau-  
sam quidem habeant, qua præternittere officium com-  
pellantur, hos crudelis uiros, hos iniquos, qui semper  
sanguine gaudent, non mirum est interficiendi hominis

causam querere. Præterea, si boni nonnunquam metu, aut inimicitijs à recta uia qua semper uixerunt, depulsi sunt, quis non credat homines prauos commodo suo moueri, ut conseruare cōsuetudinem suam uelint? Ilii uirtutem sibi solitā utilitate decepti omittūt: hi officium quod nunquam obseruauerunt, quum utilitatem scelere adipisci se posse intelligunt, obseruabunt? Videlicet ignoratis iudices, quanta uis sit iræ? quid inimicitiae possint, quid odium pariat? Non dico hie belluas ira & odio moueri, ut alteri noceant. Non dico multos sapientissimos uiros odio atq; ira permotos, temperare sibi non potuisse. Præterire melius est, quot urbes, quot regna, quot gentes infictæ odio iacent. Quare iudices, si etiam bonos inimicitijs corrupti uideris, huismodi homines qui per cōsuetudinem à maleficio abesse non possunt, odio motos, obatemptio, truncare inimicum uoluisse dubitatis? At Ulysses acerribus inimicus, capitalijs odio ab Aiace dissidebat. Scitis enim omnes, scitis: nec opus est, ut altius rem uobis aperriam, quæ in illum animum gesit, post iniquissimam illam contentionem armorum. Scitis timidum hunc hominem, qui nihil unquam uirtute animi, omnia fraude egerat, fortissimum honunem, acerrimum hostem, inimicorū persecutorem, iniuria lacestum uebementer extimuisse. Intellegebat enim, nisi uitam illi eriperet, se incolumē esse non posse. Consueuerat, si manifeste non poterat, quo uis modo aduersarios aggredi: cui rei Palamedis indigna mors testimonio est, quem quum prudētia omnes superare uidebat, non ignoratis qua proditione, quibus insidijs, qua inuidia motus, occiderit. Atque ex illo nullum periculum metuebat

metuebat. Aiacis metu conficiebatur. Hac in re inuidia, Complexio-  
odium, ira, & metus simul concurrunt. In Palamedem  
inuidia solum mouebatur. Quare iudices, huiusmodi ho-  
mines, vel parua de causa maleficia suscipere solent. Hic  
autem odio acerbo Aiacis, ac metu percussus erat. Non De propositione in uocatione,  
est audiēdus, si neget se Aiacem interficere uoluissē. Pro-  
positiones autē, à principalibus causarū locis inueniuntur, ut in conjecturali statu, à petitione testium, hoc mo-  
do: Sine testibus non est audiendus aduersarius. In nego-  
tiali cōstitutione, à lege, hoc pacto: Non oportet aliquid  
innouari contra leges. His contraria: ut, Non sunt omnis  
rei petendi testes, plurima enim flagitia occulte commis-  
tuntur. Et hoc tempore contra leges aliquid innouare  
oportet. Si uero id quod ab aduersarijs propositum est,  
aut proponi poterat, refellere uoluerimus, tum utendum De exēmāndā  
propositiōne, sublatione, apposita propositione, so-  
lutione. Propositione est sublationis pollicitatio. Exemplū,  
Nec me clā est, quid callidissimus senex calumnietur. Sub-  
latio est aduersarij. Exemplum, Non debuisse me contra  
pactionem discedere. Opposita propositione, est solutionis  
pollicitatio: ut, Verum id quam friuolum sit, non est  
difficile ostendere. Solutionem secundarijs locis confir-  
mabimus hoc modo: Ridicule enim mihi pactionem alle-  
gat, quam ipse prior soluit.\* Conuenerat, ut biennium à  
me doceretur, fāteor: uerum ea lege, ut ille mores in me-  
lius mutaret. Nunc quam ex malo factus sit pessimus, ab  
utro nostrum est pactio uiolata? nempe ab isto.

### Aliud exemplum.

Nec audiendos theologos puto, qui poētas legendos  
l 3 negent,

negent, quod uerborū nitore legentis animum ucheinenter allicant. Quid enim magis pro poētis dici potest? Nam si, ut fatentur, poētae nra quadam dicendi politie, uenustatēq; delectant: quum ea uoluptas nō modo à turpitudine absit, uerum etiam summam adferat utilitatem, causa est ostensa cur maxime poetas legere debeamus.

**D**erationē is- Rationes porro quibus propositiones confirmantur, intentionē. ueniuntur à circunstantijs, quæ sex numerari solent, **P**ersona, res, causa, locus, tempus, modus, quibus additur à **P**ersona. nonnullis septima, materia. Persona est, quæ ad aliquam rem confirmandam, vel infirmādam capit, boni nra con-  
Quæ cooside- ditio. Persona est duplex. Una extra causam, ut maiorum  
tranda in una- aliorum iudicium, auditorum. Alia in causa, ut accusato-  
quaq; persona. ris, rei, iudicis, testimoniū. Persona in decem partes distribui-  
**N**omen. tur, Nomen, naturam, uictum, fortunam, habitum, adfec-  
tione, studia, facta, casus, orationes. Additur & con-  
siliū. silium. Nomen proprium, ut Cato sapiens, Ariſlides in-  
stus, Metellus Numidicus pius, Pomponius Atticus, Me-  
lanius Polynices, Petrus Candidus. Nomen commune ci-  
uitatis, aut gētis, aut prouinciae, ut Poenius perfidus, Gre-  
cus leuis, Athenienses studiosi, Romani bellaces. Ab his  
sæpe rationem ducimus, maxime in genere demonstrati-  
o, nomen fortuitò impositum in calumniam trabentes:  
ut, Hic uero nonūne Niger, nomen ex re habet. Credo  
hoc nomen non fortuitò, sed præsagio quodam & omni-  
contigisse. Aut inuertimus nōmē: ut, Falso nomine Inno-  
centius, quū nihil sit eo nocentius. Cādidas, quum p̄cet  
nomen nihil habeat cādidi. Aut per Antiphrasim: ut, Vi-  
gilanus dictus, quū Dormitantius merito debeat appell-  
lari

Iari. Fingimus et ipsi nomina, de quo suo loco dicemus: Nihil enim ad rationum inuentiones eares attinet. Nam Natura aut divina, aut humana, et mortalis est. Divina sumuntur ex augurij, extis, omnibus, prodigijs, oraculis diuinis dicitur. Mortalis natura dividitur in sexum, ut vir, mulier. Natione, ut Graecus, Barbarus. Patria, ut Romanus, Atheniensis. Cognitione, ut nobilis, ignobilis. Aetatem, ut puer, iuuenis, senex. Dignitatem, quae in commoda animi et corporis distribuitur, siue etiam incommoda. Animi autem commoda, et incomoda sunt, ut acutus, bebes, memor, obliuiosus, prudens, stultus, timidus, audax: dum hæc insunt à natura, non industria comparata. Corporis autem sunt, ualentudo, imbecillitas, longitudo, breuitas, formositas, uelocitas, tarditas, candor, fuscedo: item et nasus, hirsutus, glaucus, et huiusmodi. Viætus distribuitur in educationem, apud quos, quo modo, et cetera: In usum, ut quo in negotio, quo queſtus sit occupatus, et cetera: In mores, ut libidinosus, an frugi, auarus, an liberalis, et fortuna eiusmodi. In fortuna considerandum est seruus ne sit, an liber: pecuniosus, an tenius: excus, abdicatus, an securus: priuatus, an cum potestate: fortunatus, an infortunatus. Adfectio: etio est animi, et corporis ex tempore aliqua mutatio, ut uultus latus, tristis, cupiditas, mictus, titubatio, pallor, rubor, tremor, oculorum suffusio, gestus insolitus, incessus modo citus, modo tardus, que inter signa coniecturalia numeratur. Habitus uirtutes, et uitia corporis, et animi complebitur, que non insunt à natura, sed industria sunt comparata, ut uelocitas, robur, ingenium, memoria, probitas, eruditio, facundia, et huiusmodi. Studium est ue-

bemens animū ad rem quampliam applicatio , ut medicus, orator, poēta, theologus, miles, uel equorum studiosus, & ciuiusmodi. Facta, casus, & rationes, ex tribus temporibus considerantur. Ex præterito , quid fecerit, quid illi acciderit, quid dixerit. Ex præsenti, quid faciat, eueniat, quid dicat. Ex futuro, quid facturus sit, quid illi euenturum sit, quæ dicturus sit, aut ipse, aut eius socij , cives , maiores, amici , inimici. Consilium est faciendi excoigitata ratio.

**Consilium.**

**Res.  
Causa.**

Res est totius negotij certis signis conflati complexio, quæ potissimum in epilogis admirandi solet. Causa diuiditur in impulsionem, ratiocinationem. Impulsio est temerarius impetus animi ad aliquid faciendum, aut non faciendum, ut ira , cupiditas, violentia, timor , furor, & omnis animi perturbatio. Ratiocinatio est, quæ commodorum comparatione, aut incommodorum uitiatione, ad rem horatur. Ea consistit in commodorum adeptione, retentione, augmento, aut incommodorum evitacione, refectione, diminutione. Est autem duplex causa, principalis, & accessoria. Principalis, ut occidit hominem ex quo pecunie maximum summam sperabat. Accessoria, præterea non ignorans se Clodio , buius inimico acerrimo rem gratam

**Locus.**

fuerunt. Locus opportunus an importunus , angustius, amplius, nemorosus, montuosus, longinquus an propinquus, celebris an desertus, sacer an prophanus, publicus an priuatius. Modus, claram an ui : palam an occulte: per-

**Modus.**

Materia, suasione an sponte: audacter an captiose: insciens an prudens: amore an odio. Materia, fuisse an gladio, arcu, uene-

no, incantationibus. Nunc quomodo rationes à circunstantijs innueniatur, exempla subiiciamus. Præditor es pa-

tric

triae Catilinae: nisi huius rei testes Cicero produxerit, non est audiēdus. Ea enim nobilitate, his maioribus natus sum, ut sine testibus, id de me suspicari non debeatis. Atq; ideo magis expellendus est Cicero, quem hec sine testibus dicat, quod mibi semper inimicus fuerit, & nobilitati (ut potest nouus homo) infestus. Nam uestre prudentiae, iudices est, eam potestatem, talibus uiris non concedere, ne fictis argumentis nobiles homines circumueniant. Non enim tanti sceleris suspicionem sine testibus approbare debetis. Præsertim in hac Repub. In qua leges sanctissime semi-  
per sunt conservatae. Atque ideo magis expellendus, ne si fictis argumentis locus dabitur, multos nostrum hi noui homines inuadere conentur. His præsertim temporibus, quibus ignobilium animi in nobilitatem sunt accensi: & ea licentia uiuitur, ut nemo falsa crimina non excoigit. De circumstantijs haec tenus, unde rationes propositionum inueniuntur. Nunc de confirmationum inuentione. Pro= De inventione fluit autem omnis confirmatio ab iis locis. Ab exemplo, mi= confirmationi, nori, maiori, & quali, & contrario.

## Exemplum.

Oportet tempore belli ob ciuitatis emolumentum ali= Propositio:  
quid innouare. Et maxime nobis Romanis id licet, qui ea. Ratio à perso-  
semper ad utilitatē reip. aliquid noui solemus excoigitare. Maiores enim nostri ex commodo Reip. reges expule= Ab exemplo,  
runt, & decemviro continuare imperium passi sunt: & tribunos plebis sacrosanctos cōstituerunt. Scipionē ante tempus consulem creauerunt. Si paterfamilias multa ē re sua innouare non ueretur, senatus ob Reip. commodum A minori,  
quippiam innouare non audet: Si tempore pacis inno= l s uare

**Confirmatio.** Utre quicquam solemus, tempore belli, quum res postulat,  
**contrario.** est innouandum. Profluit expolitio à circumstantijs, unde  
**De inventione** & rationes. Est autē expolitio, quiddam ex ratione, con-  
**expositionis.**

**Confirmatio.** confirmatione; conflatum, hoc modo: Continuare Scipioni  
**Expolitio ex** imperium, uel contra leges oportet. Nam & maiores no-  
**tempore.**

**A causa.** siri ex utilitate Rcip. decemviroſ facile continuare impe-  
**Are.**

**A persona.** rium paſſi ſunt. Atq; illi tūc in pace, nos coacti bello quid  
 faciemus? Et illi ad ornādam Remp. nos ad defendendam  
 libertatem faciemus. Et illi decemviroſ continuare impe-  
 rium ſimul paſſi ſunt, nos uiam ſolummodo non patie-  
 mur! Et illi Appium Claudium hominem, ut res docuit, li-  
 bidine perditum, atq; tyraunicum, nos Scipionem, qui ea  
 continentiae exempla dedit Numantiae, ut omnium pro-  
 batissimus uideretur. In exhortationibus uero longe aliter  
 de expolitione præcipitur. Hoc monēdus eſt studiosus, ſi-  
 cut ad unam propositionē confirmandā, plures rationes  
 adferri poſſe, ita unanquaq; rationē pluribus confirmationib-  
 us poſſe muniri: & item ad confirmandas singulas,  
 plures expolitiones poſſe adhiberi. Verum quemadmodū  
 rationes propositionibus breuitatis cauſa nonnuquā  
**De Enthy-  
 mate, & Epen-  
 thymate.** admiscentur, ita confirmatio rationi, confirmationi expo-  
**thymate.** litio intexitur. Eſt igitur hoc loco expolitio, ſine Entby-  
**Propoſitio.**

**Ratio à re.** mema, oratio que à circumstantijs ad confirmationem non  
**Confirmatio** ſine collatione fertur. E penthymema, eſi quædam addita  
**à cognitario.** Enthymemati acuta excogitatio. Exempli cauſa, Coriolani  
 factū plusquam hostile nobis uideri debet: tyraunicum  
 enim eſt patriam expugnare. Hostes enim oppugnādi nō  
 ſunt: qbus hic maiori odio eſt prosequēdus, quod illi alie-  
 nam, hic ſuam patriā oppugnat. Eſt cui plurimum debet,  
 bane

hanc euertere conatur. Fuit quidem comprehensio à cū De comprehensione constantijs, sed approbatur à quadam, aut totius in mino ratione, uel pauciora, incisione, aut similiam enumeratione, aut fictoria ratione, que oppositum rei configat.

### Exemplum.

*Simulat, nō amat puella: que si uirū quempia emaret, nō ego te ueneficij accusarē. Si teipsū arderet, artes tuas mihi suspectae nō essent. Si aliū quendam furorē fureret: si alia exgritudine laboraret, non te accusarē. Pater tres semel interfecit filios: si duos interfecisset, si unum solum, si nō filiū, tamē moleste ferretis. Misit cētum talenta Philipus Atheniensibus, quibus Demosthenes sibi traderetur. Non si malle daret, nō si decebat, nō si ciuitates, gētes, prouincias, regna, simul omnia cōferret, Demosthenē, qui Græcie libertatem, tum prudentia sua, tum eloquētia tratus est, tradituros putarem. His ego talentis, non dico Hyperidē, aut Aeschinem, sed ne plebeium quidē quempiam, aut opificem, aut omnino ciuem infimum traderem.*

### Alterum exemplum.

*Ego, si tuos filios (si modo tui dicendi sunt, quos crudelissime trucidasti) aut uerberibus affecisses, aut exilio, & abdicatione notasses, molestie tamē etiā ferrem, tot pulsaberrimos iuuenes uel charifimo patriæ solo priuari, uel indigne uerberibus cædi. Nunc uero quam non abdicatione, non exilio, nō uerberibus, sed morte tres simul abstuleris, non expositulem: nō accusem: nō grauiter feram: Et qui si unum interfecisses, exclamarem, nun c' tribus necatis, silebo! Inueniuntur item argumēta, & rationes à los topicis, nempe à genere, specie, differentia, proprio, defini*

A fictoria ratio-

one.

A similiā enu-

meratione.

Ab incisione in

minora.

A similiā enu-

meratione.

Ab incisione to-

tius i pauciora.

*definitione, toto, partibus, causis, effectis, usibus, iunctis,  
iudicato, simili, maiori, minore, pari, proportione, oppo-*

*A genere. situ, trāsumptione, casu, cōjugatis, diuisione. Genus est,  
quod continent speciem. Ad generis negationē, cōsequitur*

*Specie. Cō speciei remotio, non contrā: ut, Virtus non est, igitur  
nec iustitia. Animal nō est, igitur nec homo. Remota spe-*

*cie, non cōsequitur remotio generis: sed affirmata specie,  
sequitur affirmatio generis. Iustitia non est, igitur uirtus*

*non est, non cōsequitur: iuslitia est, igitur uirtus est, con-*

*sequitur. Ad remotionem tamen totius generis, cōsequi-*

*tur remotio cuiuslibet speciei. Rursus ad affirmationem  
totius generis, cōsequitur affirmatio uniuscuiusq; spe-*

*ciei: ut, Omne argētum legauit, igitur Cō celatū legauit.  
Omnibus scientijs operam dare iubemur, igitur Cō poē-*

*tice. Nulla uirtus est principi negligenda, igitur nec cle-*

*mentia. Remouetur tamen necessario genus, si quis formes*

*eius omnes per enumerationē negauerit, hoc modo: Nam*

*A differentia. quod nec ratione utitur, nec brutū est, id ne animal quidē  
est. Differentia est, qua genus diducitur in specie. A' diffe-*

*rētia & qualiter inservit, Cō remouetur species, quā consti-*

*tuit. Genus autem comprobatur, nō improbatur, ut suprā  
dictum est de specie: ut, Si sentit, est animal: si ratione ca-*

*ret, homo nō est. Ratione non caret, igitur Cō animal est.*

*Proprio. Nam si ratione caret, non statim animal non erit. Proa-*

*prium est, quod soli speciei accidit, ut homini risus. Id,*

*quemadmodum differentia, id cuius est proprium posi-*

*tum, infert, remotum auferit: ut, Quod risibile est, id ho-*

*minem esse necesse est. Quod risibile non est, id ne homo*

*quidē dici potest. Si tyrannicidæ proprium est tyrannum  
occide*

occidere, hic tyrannum occidit, igitur premio donandum. Hoc quoniam proprium non est, sic confutabimus: Si tyrannum occidere, tyrannicidæ proprium est, carnifices, quibus tyrannos occidendos tradimus, tyrannum occidunt: carnifices igitur premium accipiāt. Definitio est **A definitione**, cuiusq; rei breuiter, & absolute potestatem complectens oratio. Hæc cum re definita conuertatur necesse est: ut, Si animal rationale est, igitur & homo: Quod nec animal est, nec rationale, id homo non erit. Si homo est, ergo & animal rationale. Si homo non est, igitur ne animal quidē rationale. Definitio confutatur, si aut uerum proprium, aut différētia nera, aut genus uerum possum non est: si quid in altero continetur, aut excluditur, quod non idem in altero continetur, aut excludatur, hoc modo: Monetā omnē uxori legauit, cælatum autē argentum moneta est: argentum igitur cælatum omne legauit. Neque enim omne cælatum argentum moneta dicitur. Nam patera, & huiusmodi cælatum argentum est, nec tamen ista monetam uocant. Constituantur & definitiones ex accidenribus: quæ si huiusmodi sint, ut cum re definita contineantur, ualeat consequitio: ut, Homo est animal bipes, crebrum, sine pennis. psittacus avis est uiridis, rostro aduncō, collo rubro, torque insigni in senecta, quæ altero pede cibum tenēs uescitur. Constituantur & definitiones ex enumeratis absolute partibus, speciebus, siue formis: ut, Respu **A descriptione** **Alterum genus descriptionis.** blica est, quæ unius, aut paucorum, aut populi potestate regitur. Hoc genus facile confutatur, si qua species in enumeratione preterita additur. Exemplū: Inuiriē sunt, quæ aut pulsatione corpus, aut cōuitio aures afficiunt. Confutatur

*tur. Quid si quis filiā tuam rapiat, iniuria non erit? Ety-*

*Ab etymolo- mologia est nominis interpretatio: siue notatio: ut, Hic  
gia.*

*Chrysogonus est appellatus, quod aurum undecunq; pa-  
riat. Nam χρυσός Græcè aurum, ψεῦθος fætum significat.  
Fingit, igitur poëta. De deo disputat, igitur theologus.*

*A toto. Medetur, ergo medicus. A' toto inferuntur partes, non  
remouentur, hoc modo: si tota Respub. consilio gubernan-  
da est, ergo & dominus, & unusquisq; cinium. Non tamen  
quoniam tota Respu. fortuna & cõmittenda non est, idcirco  
nec tute casui committes. Neque enim quia tota dominus  
redintegranda non est, igitur nec paries unus. Verū par-  
tes si uniuersæ colligantur, totum inferunt: si uniuersæ  
remoueantur, totum auferunt. Consideratur autem par-  
tes, à tempore, à quantitate, à loco: ut, Si neque in cœlo,  
neque in terra inuenitur, nusquam igitur inueniri potes-*

*A causa. Causa & effectus conuertuntur, si modo eiusmodi sit  
causa, ut ab ea una fluat effectus, & ea sola sit idonea ad  
producendū effectum. Ea quadrisariam diuiditur, in effi-  
cientem, materialēm, formalem, & finalēm. Ab efficiente.*

*Ab effidente. causant, Non potest non esse dies, exorto sole. Nec vir-  
go est, si cum uiro concubuit. Si sapientia uirum bonum  
facit, & ipsa bona est. Corpus in lumine est, ergo facit  
umbrā. Voluptas infamiam gignit, igitur fugienda. Vir-  
tus honorem adfert, igitur appetenda. Coloratus est, igi-  
tur fuit in sole. Puduerulentus est, igitur in itinere fuit: nō*

*A materia. est consequens: barum enim rerū plures possunt esse cau-  
se. Sublata materia, & effectus necessario auferuntur: ut, Lis-  
gnum nullum habuit, nec naues igitur potuit fabricare.*

*A forma. Ferrum cum desit, qui possunt gladios cudere? A' forma:*

ut, Aperie mentitur poëta uolasse Dædalum: nam quod  
 natura negat, nemo potest facere. A fine ducuntur argu- A fine.  
 menta: ut, Felicitas est expetenda, igitur & uirtus. Non  
 malum est uiuere, igitur nec comedere. Bona est medici-  
 na, nam & salus bona est. Bona est pax, igitur & bellum  
 utile. Hæc argumentatio in conjecturali statu potissimum  
 adhibetur. Ab usibus: ut, EQUITARE oportet, igitur & equi  
 habendi. Nauigare conuenit, igitur & naues parare con-  
 uenit. Tuci vitam licet, igitur & gladium ferre licet. Vce-  
 terem theologiam scire pulchrum, ergo & poëtas didic-  
 esse pulchrum erit. A generatione ad corruptionem: ut, A generatione,  
 Malum est extinguerre Remp. igitur bona est Resp. Con-  
 cordia ciuium optima, cur non igitur & ciuitas? Ab ad- Ab adiunctis.  
 iunctis: ut, Cæsarem sapientissimum suisse constat, quem  
 nullius unquam rei peccatum fecerit. Stultus Antonius, qui nihil  
 unquam fecit, cuius non postea peccatum fecerit. Pallet, cogitz-  
 bundus sedet, subinde animum mutat, igitur amat. Expal-  
 luit, titubauit, trucidauit, igitur cōscius sibi fuit. Si tibi fa-  
 miam meam cōtanunare licuit, mihi expurgare non lice-  
 bit! Quem quis amat, non lœdit: quem hæredē facit, cha-  
 rum habuit. Orbæ inferuit, igitur hæreditatem captat. Si  
 poëta est, igitur lascivus. Si dialecticus, igitur cōtētiosus.  
 Si theologus, morosus. Si medicus, auarus. Que tamen fa-  
 cilè confutari possunt, præsertim si eiusmodi sint, ut saepè A iudicatis.  
 numero non consequantur. Ab iudicio, uel autoritate: ut,  
 Optima statim discēda sunt. Sic enim Quintilianus insi-  
 tutor optimus faciendo existimauit. A simili sic: Ut in tē- A simili.  
 pestate, quum maximum periculum, mare, uentiq; minan-  
 tur, tum peritus nauclerus minime à clavo decedit, oculos  
 & man

& manus ad omnia intentas habet: Ita uir sapiens, quem maxime sequit fortuna, & quum res sint maximè dubiae, tum maxime consilio uti, & uigilare ad omnia debet. Lucas autem à simili confutatur, si aut dissimile esse docebimus, quod alter simile dixit, aut alia commodiorem similitudinem adducemus, hoc modo: Ut picem nemo tractat, nisi contuminetur, ita poëtas nemo potest legere, quin ad libidinem incitetur. Negabimus simile quidpiam poësim diuinam scientiam cum pice habere, aut commodiorem similitudinem dabimus, hoc modo: Imò quod apes facere uidentur, ut ex unoquoq; flosculo, quicquid est optimum, id excerpant, si quid ueneni, id araneæ exugēdū relinquāt: ita nos in poëtis, quod est eruditio, & bone doctrina, id nobis rapiemus, si quid obscenitatis occurrerit, id relinquerimus. Ut neq; equus indomitus, quamuis natura bonus ad eas utilitates, quæ ab eo desiderantur, idoneus est: ita nec homo indoctus, quamuis ingeniosus, is est à quo uirtutis fructum possis elicere. Non enim ut qui currenti ad cursum succedit, uelocior est: sic qui Imperatori, ad regendum exercitum melior. Nec ut nauis, ita amicitia nostra fidelior. A' maiori hoc modo: Parenti nō obtemperat, A' maiorl. & audiet alienū? Huius morte tam fert familiariter, quid mihi hic faciet patri? Si adulterum occidere licet, ergo A' minori. & loris cedere. A' minori uero sic: Si furem cedere licet, A' pari. & latronem. Si puer ista potuisti, uir non poteris? A' patri: Si lex parricidam damnat, & matricidam. Si patri in filium ius est, igitur & in filiam. Si fratrem domi alii, cur me eisrias? Porro exemplum, aut simile est, aut contra= Ab exemplo. rium, aut maius, aut minus. Simile exemplum: ut, Iure oces

Simile per negationem.

cifus

cisus Saturninus, quoniam & Gracebus. Contrariū: ut, Brutus filios proditionē molientes occidit. Manlius virtutem filij morte multauit. Marcellus ornamēta Syracusanis hostibus restituit. Verres eadē socijs abstulit. Maius: ut, Si propter matrimonii uiolatum Troja funditus excisa est, quid fieri adultero par est? Minucius, Tibicines, quā ex urbe recessissent, publice sunt reuocati, ciuitatis principes, qui bene de Repu. meriti sunt, quā inuidie cessissent, ad exilio nō sunt reuocandi? Simile ostenditur, à genere, De effutatione natura, ui, magnitudine, multitudine, tempore, loco, causa, persona, opinione, modo. A genere sic: Extinguitur in= A genere, intellectus, quoniam & uisus. Confutatur, sed uisus materialis, non item intellectus. A ui: In sit inuentuti severitas que= A ui. dant, quoniam & senibus. Confutatur, sed iuconditas in= uentutis propria. A magnitudine: Si sorte, non electione A magnitudi- fit gubernator nauis, nec imperator classis. Confutatur, at ne. majori maius ratione gerendum est. A multitudine: No= A multitudi- strac'ne an hostium hæ ciuitates sint, dijudicemus; sic enim ne. & maiores de duabus fecerūt. Confutatur, sed in pluribus maius periculum. A tempore: Continuet Pompeius impe= A tempore. rium, quoniam & Marius. Confutatur, sed ille atrocissima Recipu. tempestate, quum nunc urgeat nemo. A loco & A loco & cas- causa: Quum in Italia bellum sit, non traiiciatur in Africam copie, ne simile quid cum Atheniensibus patientur. Confutatur, sed longius illi, & ignota in loca, proprius nos, & cognita, & ea ex re alios quoque hostes illi at= traxerunt, nos hostem Annibalem ab Italia expellimus. A persona: Continuet Marius imperium, quoniam & Sci= A persona; pio. Confutatur, at sanctus ille vir, hic non æque. Ab opi= Ab opinione:

nione: Qui Cereris sacra stupravit obeunter, ea poena plectatur, qua qui Vestae obeuntem corruptit. Confutatur: sed quæ maiori conatu suscipiuntur peccata, atrocius punienda sunt. Possunt autem multa horum ad eiusdem eversio-

**Locus à pto.** nem concurrere. Locus à proportione, hoc differt à simili, positione. quod ibi à simili simile dicitur, hic similitudinis, ac proportionis sit collatio. Per simile sic effertur argumentum: Nā ut natus gubernator nō sorte, sed iudicio eligitur, ita in Rep. magistratus sunt eligendi. Per proportionem sic: Ita se habet ad natus gubernator, ut ad Rēp. magistratus. At iudicio, non sorte gubernator eligitur. Oportet ergo et magistratus, iudicio, non sorte eligere. Locus à proportione eodem modo reprehenditur, quo locus à simili. Locus ab oppositis quinque partibus dividitur. A

**Ab oppositis.** A priuatis oppositis. priuatis oppositis sic: Cæcus est, igitur nunquam uidet. Item: Non est solus cæcus, qui caret oculis: nā multos tametsi oculos habent, tamen cæcos appellare non dubitamus.

**A negatione.** A negatione: Pacem contempserat Carthaginenses, in A relative op- Hispania enim nostros socios sollicitat. A relative oppositis, Carthaginenses Romanis subiectos esse conceditis?

constat igitur Romanos Carthagini imperasse. Si tu me præceptorē appellas, cur ego te non appellem discipulū? Si fateris à me tibi creditam pecuniā, tu mihi debes. Si me pro filio non habes, nec tu mihi pro patre habeberis. Si nos pro tuo exercitu non habes, nec te pro imperatore ducemus. A contrarie oppositis: Si sanus non es, et grotare constat. Si amadus, qui bene meretur: odio prosequendus, qui male. Si præmio dignus, qui tyrannum occidit: supplcio afficiendus, qui tyrannum iuuat. In contrarijs, que me-

contrarijs.

dicta

diata uocantur, non consequitur necessariò : ut , Si niger  
non est, igitur albus est, nam uiridis, aut ruber esse potest.

A' disparatis : Disparati genere sunt, quæ sub eodem ge- A' disparatis,  
nere posita, diuersis differentijs, uel proprijs separantur.

Quanquam etiam que genere distant , disparata possint  
uocari: ut , Si homo est, igitur nec asinus, nec deus, &c. Tu  
quū decē pondo argenti deposueris, qua fronte auri tan-  
tundē repetis? Marmoreā domū diruisti, & reponis late-  
ritiam ? A' trāsumptione: Philosophus nō inuidet, quoniam A transump-  
nec sapiēs. Distinguitur hic locus ab interpretatione, quo-  
niā hic nihil exponitur, sed à uerbo notiori, minus notum  
infertur, illic nominis ratio affertur, hoc modo: Sapiens nō  
inuidet, philosophus amator est sapientie , igitur non in- A coniugatis.  
uidet. A' coniugatis: Si rhetorice uirtus est , rhetorem stu-  
diosum esse necesse est. A' casibus : Si ingratitudo turpis A casibus.  
est, turpiter igitur facis, qui bene merito gratiā non refi-  
ras. A' diuisione: Diuisione fit, aut per negationē, aut parti-  
tionē. Per negationē hoc modo: Aut utile est bellum indi-  
cere, aut nō: sed nō est utile bellū inferre , igitur quiescere  
utile est. Partitio autē aut est generis in species: ut , Anima  
lū quædā ratione participat, quædā sunt rationis exper-  
tia: aut totius in partes, aut uocis in significata, aut subic-  
eti in accidentia, aut accidētis in subiecta, aut accidētis in  
accidentia. Sed de his hactenus satis, iam ad partes suafo- Tutum,  
rio generi proprias redeamus. Tutū , quod ad in columnā  
tem pertinet, lucundū, quod ad uoluptatē aut animū, aut cor- secundum,  
poris, aut utriusque ad fert. Facile, quod sine periculo, aut Facile.  
negocio fieri possit. Nec esset, quod aliter fieri nequit. Nec esset,

Cetera à rhetorum præceptis petātur. N cito putet omni- Necessarium:

bus his partibus semper in suadendo utendum esse, quod per longū foret, præsertim in epistola. Sed quot incident, & quanta ex parte, eatenus attingere sat fuerit. Cōciliatio. igitur eius animo, cui scribimus: deinde si inciderit, subiecta narratione: tertio loco id quod suadere, aut dissuadere uolumus, cum amplificatione quadam est proponendū. Deinde post diuisionem, aut etiam omissa diuisione: ratio, aut multæ rationes sunt subdendæ: rationibus confirmationes subiungendo. Confirmationi ipsi nonnunquam altera confirmatio firmamenti causa apponitur. Deinde re locupletabimus exemplo, autoritate, proverbio, sententia, simili, dissimili, contrario. Quæ ita inter se miscerimus, ut nunc à ratione ad simile, à simili ad exemplū, ab exemplo rursus ad rationem, uel candē alijs uerbis uestitam, uel aliā ueniāmus. Nam ab exemplis rationes nō nunquam nascuntur. Item autoritati, sententiæq; rationem cōuenit subijcere. De exemplorū uarietate iam diximus. Similia ex omni rerū genere petuntur, quare plurimorū animantium, herbarum, aliarūq; rerū species et naturas cognitas, & perspectivas habere conduceat: autoritates quoq; alias philosophorum, alias oratorum, theologorum, historicorum. Quæ si scite intermixcerimus, nunquam deerit quod dicamus, & satietatem uarietate facile uitabimus. In hac uarietate, explicatione, & collectione rhetorica diligenter utemur. Huius præceptiuncule hoc erit exemplum.

### Exemplum epistolæ suasoriæ.

Benevolentiam  
capiat.

**Q**uoniam pro tua singulari sapientia, ipse abunde per te sapis affinis iucundissime, nec alienis eges consilijs, tamē hoc uel ueteri nostræ amicitiae, quæ ab ipsis propè

propè cunabulis undà cum atate nobis accreuit , uel tuis  
 summis in me officijs , uel arctissimæ deniq; affinitati de-  
 bere me putauit , si is esse uelle , quē tu me semper existimasti  
 uirū & amicū , & gratum , ut id quod ad tuam tuorumq;  
 salutē ac dignitatē plurimū interesse iudicassem , te liben-  
 ter ac libere admonerē . Aliena nōnunquam rectius quam  
 nostra perspicimus . Tuum consilium meis in rebus persæpe  
 sum secutus , neque minus felix mihi comperi , quam erat  
 amicū . Nunc si uicissim in tuis meū sequi uoles , futurū ar-  
 bitror , ut neq; me suassisse , neque te pœnitentem paruisse . Cœ Narratio .  
 nauit apud me sexto Idus Apriles , cum in villa Montana  
 essem , Antonius Baldus , homo , ut scis , tuarū rerum studio-  
 sisimus , generiq; tuo iam inde ab initio coniunctissimus .  
 Triste plenumq; lacrymarū conuinium . Nuntiabat mihi  
 magno utriusq; dolore , matrē tuam , sc̄minam integerri-  
 mam , è uinis concessisse : sororē tuā luciu ac desiderio ui-  
 etiam , sterili dicatarū uirginum choro ascriptam esse : ad te  
 unū spem stirpis tue redisse : amicos summo consensu tibi  
 puellā summo genere natam , forma præstanti , optime mor-  
 ratam , postremò tui amantissimā , summa cum dote obtu-  
 lissee . Te uero nescio qua seu doloris impotentia , seu reli-  
 gione , ita coelibatum decreuisse , ut nec generis studio , nec  
 sobolis amore , nec amicorum ullis aut monitis , aut preci-  
 bus , aut lacrymis abduci possis à sententia . Tu tamen uel  
 me autore , mentē istam mutabis , & coelibatu relicto , Proposito-  
Semina argu-  
mentorum.  
 \_\_\_\_\_ , Dinillo , hoc  
est , limen argu-  
mentationis .

sanctissimo cōiugio indul-  
 gebis . Qua in re neq; tuorū charitatem , que tamen alio-  
 qui animum tuum uincere debebat : neq; mean autoritatē  
 quicquam mihi prodeſſe cupio , nisi clarissimis rationibus

ostendero, id fore tibi longe tum honestius, tum utilius,  
tum iucundius. Quid quod etiam hoc tempore necessariū?

Ab honesto pri-  
mū ratione.

Nam primum hac in re, si te honesti ratio mouet, que  
apud probos viros plurimū ualcre debet, quid matrimo-  
nio honestius, quod ipse Christus honestauit, qui nuptijs  
unā cum matre, nō solum interesse dignatus est, uerum etiā  
nuptiale conuiuū miraculorum suorum primitijs cōse-  
cravit? Quid sanctius, quod ipse rerum parens instituit,  
laudabilis. adiunxit, sanctificauit, quod ipsa sanxit natura? Quid eo  
laudabilius, quod qui reprobent, heres eos damnentur?

Tam est honorificum matrimonii, quam est infame uoca-

Ab a quo. bulum heretici. Quid equius, quam id reddere posteris,  
quod ipsi à maioribus accepimus?

Rationes per  
contrarium.

~~Quod si in primis auctoribus non est, sed a posterioribus, non est.~~  
~~Quod si in primis auctoribus non est, sed a posterioribus, non est.~~  
~~Quod si in primis auctoribus non est, sed a posterioribus, non est.~~  
~~Quod si in primis auctoribus non est, sed a posterioribus, non est.~~  
~~Quod si in primis auctoribus non est, sed a posterioribus, non est.~~  
~~Quod si in primis auctoribus non est, sed a posterioribus, non est.~~  
~~Quod si in primis auctoribus non est, sed a posterioribus, non est.~~  
~~Quod si in primis auctoribus non est, sed a posterioribus, non est.~~

Cōfirmationes si matrimonij querimus auctorem, non à Lycurgo, non à  
cum laude ma- Mose, non à Solone, sed ab ipso summo rerū ontiū opifi-  
trimoniū. ce conditum & institutū est: ab eodem & laudatū, ab eo-

Homo pri- dem honestatum consecratumq;. Siquidem initio cum ho-  
mum conditus, mox uxori iam minem è limo fixisset, misericordia prouersus & in amicēna eius  
ēus.

uitam fore intellexit, nisi sociam Euān adiungeret. Quare  
uxorem non ē lato illo quo nūrū, sed ex Adæ cratibus edu-  
xit, quò prouersus intelligeremus nihil nobis uxore cha-

Post diluvium rius esse debere, nihil coniunctius, nihil tenacius adgluti-  
renouata matti natum. Idem ille post diluvium mortalium generi recon-  
monij tex. ciliatus

ciliatus banc primam legem prouulgasse legitur, non uti  
coelibatum amplectentur, sed ut crescerent, ut multipli-  
carentur, ut terram implerent. At quo pacto, nisi coniu-  
gio darent operas? Et ne hic uel Mosaicæ legis libertatē,  
uel tempestatis illius necessitatē causemur, quid aliud sibi  
nult illud in Euagelicis quoq; literis repetitum cōproba-  
tumq; Christi suffragium? Propter hoc, inquit, relinquet  
homo patrem & matrem, & adhærebit uxori sue. Quid pa-  
rentum pietate sanctius? At huic tamen coniugalis pre-  
fertur fides. Quo autore? nempe deo. Quo tempore? non  
Iudaismi tantum, sed Christianismi quoq;. Deseritur pa-  
ter, deseritur mater, & adhæretur uxori. Filius emācipa-  
tus incipit fai iuris esse. Filius abdicatus definit esse fi-  
lius. At sela mors dirimit coniugium, si tamen illa dirimit.  
Iam si cetera sacramenta, quibus ecclesia Christi potissi-  
mū nititur, religiosa quadam ueneratione coluntur, quis  
non uidet huic plurimū religionis deberi, quod & à deo  
& primum omnium est institutum? Et cetera quidem in  
terrīs, hoc in paradiſo: cetera ad remedium, hoc ad cōfor-  
tium felicitatis: cetera naturæ collapsæ sunt adhibita, unū  
illud cōditæ datu est. Si leges à mortalibus institutas san-  
ctas habemus, non erit coniugij lex sanctissima, quam ab  
eodē accepimus, à quo & uitā, que una propè cum ipso  
bominum genere nata est. Denique ut legem exemplo  
confirmaret, adolescentis, ut dictum est, ad nuptiale coniu-  
gium vocatus, una cū matre libens adiuit: nec adiuit mos  
nūræculorum suorum initium auspiciatus. Cur igitur, in- Confessio  
quies, Christus ipse à coniugio abstinuit? ~~Contra~~

Quod naturæ  
lege fuerit pro  
ditionis euange-  
lica comproba-  
uit autoritas,

magis in genere Christi, quam in specie particulari  
tuo liberum, famulorum, frumentorum, pre-  
ceptorum, deinde in proprio nomine suum  
et in nomine fratrum suorum, quod est Christus, ut  
eius fratres, et fratres eius, et fratres fratrum eius, si  
liberum, si famulum, si frumentum, suntque pro  
videntia tua, et misericordia tua, et gratia tua, et  
bonis tuis, et misericordiis tuis, et gratiis tuis.

Ratiocinatio  
sec.

Virginitas eam decebat, quæ celestis afflatus numinis il-  
libata parceret illibatu. Sed Ioseph sponsus, nobis casti cō-  
iugij leges commendat. Qui magis coniugalē societatem  
potuit cōmendare, quam quòd arcana illa, & angelis  
civis quoq; mentibus stupendam, diuine nature cum huma-  
no corpore animaq; coniunctionē: quòd ineffabilem illum  
& æternum in ecclesiam suā anorem declarare uoles, se  
sponsum illius, illam sponsam suam appellat? Magnum,  
inquit Paulus, matrimonij sacramentum est, in Christo, &  
in ecclesia. Si qua fuisset in rerū natura sanctior copula:  
si quod fœdus religiosius, quam coniugium, profectio ab eo  
sumpta fuisset imago. ~~in fœdū sive sponsū~~ ~~in coniugium~~  
liberum, famulum, frumentum Iam uero Mosaica lex  
sterile coniugium execratur, atq; ob id à cōmuni bus aris  
quosdam

quosdam submotos legimus. Quanobrem tandem: ~~tempore~~  
~~tempore quod in quatuor annis inter duas fere solas~~  
~~tempora fere solitudo~~ In Deuteronomio prae-  
cipuum benedictionis argumentum proponitur Israëlitis,  
quod nullus esset inter illos futurus sterilis, nec mas, nec  
femina. Et Lya dicitur despecta à domino, quod non pa-  
raret. Quin & in Psalmis inter præcipias beatitudinis  
partes refertur uxoris fecunditas. Vxor, inquit, tua sicut  
uitis abundans, filij tui sicut nouellæ olivarum in circuitu  
mensæ tue.

~~tempore quod in quatuor annis inter duas fere solas~~ Hebræorum leges Laws coniugij.  
præmissa. hoc honoris habebant matrimonio, ut qui sponsam du-  
xisset, codice anno no cogeretur in bello exire. Perditatur  
civitas nisi sint qui eam armis tueantur. At certum exitium  
est, nisi sint qui cōiugij beneficio inuentutē, semper mor-  
talitate deficientē sufficient. Quin & Romanæ leges eos  
qui coelibes essent, dāno etiā multabant, à reipub. mune-  
ribus secludebant. At qui liberis rempublicā auxissent, eis  
tanquam bene meritis præmium ē publico statuebant.  
Priscae leges pœnas constituerant aduersus coelibes, que  
tumetsi per Constantinum Cesaren temperate sunt in  
fauorem Christianæ religionis, ~~tempore quod in quatuor annis inter duas fere solas~~  
*tempore quod in quatuor annis inter duas fere solas* Cœpi  
*tempore quod in quatuor annis inter duas fere solas* iuspluri. Quin Cœs. Augustus Censor, inquisiuit in  
malitem, quod in ducenda uxore non paruisset legibus,  
& perditabatur ni docnisset se trium liberorum pa-

rentem. Declarant & in hoc Cæsarum leges fauorem erga coniugium, quod indictas uiduitates à Micella industias sustulerunt, ac sublatis poenis briusmodi pacta, tanquam preter æquum & bonum inita pro irritis haberet voluerunt. Adde quod Vlpianus declarat dotis causam semper & ubiq; precipuam, quod hand quaquam fuisse, nisi precipua quedam utilitas ex matrimonio proficiatur. Habitus est honos coniugio, sed maior secundatui. Simul atq; contigisset nomen patris, hereditatis & omnis legati atq; etiam caduci capax reddebatur, id licet etiam ex porta Satyrico: Per me scriberis heres, Legatum omne capis, nec non & dulce caducum. Plus etiam cōmodorum adjerebat ius trium liberorum, in his est immunitas à publicis legationibus. Quinque porro liberi uacationem impetrant à personalibus quoque munib; quod genus est tutela. Ei cui tredecim liberi contingissent Iulianus imperator non modo uacationem indulxit à decurionatu, sed simpliciter ab omnibus munib; Nec silent buius tanti fauoris causam sapientissimi legum conditores. Quid immortalitate felicior? Hanc natura negatum matrimonium arte quatenus licet largitur Recipib;. Cui non optabilis est apud posteros memoria? Hec nullis fornicibus, nullis pyramidibus, titulis ne certius propagatur, quam liberorum procuratione. Apud Adrianum imperatorem causam uicit Albinus, non alia commendatione, quam quod Recipib. dedisset numerosam sobole. Proinde dispensio fisci, passus est liberos in paterna bona in solidum succedere, quod intelligeret imperium magis fulciri propagatione iuuentutis,

quam

quam pecuniarum accessione. Postremo ceterae leges nec omnibus regionibus, nec quibuslibet temporibus congruunt, sola coniugij lex ad omnes orbis nationes, ad omne tempus pertinet. Lycurgus leges tulit, ut qui uxores non ducerent, hi ex estate arcerentur à ludis ac spectaculis, hyeme uero nudi forum circumirent, ac semei ipsos execrati iusta pati dicerent, quod legibus non paruisse.

In summa, uis scire quantum matrimonio tribuerit antiquitas? violati matrimonij poena perpende: Græci quandoam uiolatum matrimonij ius decenni bello vindicandum censuerunt. Ad hæc non Romanis modo, uerum etiam Hebreis, & Barbaricis legibus, adulteris poena capitalis statuerat. Furem quadrupli poena absoluerebat, adulterij scelus securis expiabat. Apud Hebreos autem populi manibus lapidabatur, qui id uiolasset, sine quo populus non esset. Nec hoc contenta legum severitas, illud etiam permisit, deprehensem adulterum sine iudicio, sine legibus confidere: nimis id donans dolori maritali, quod granatè concedit uitæ à capite propellenti: quasi ledat atrocius, qui coniugem adimbat, quam qui uitam. Profecto sanctissimam quandam rem coniugium uideri necessary est, quod uiolatum humano sanguine sit expiatum: cuius ultius, nec leges, nec iudicē expectare cogitur: quod ius nec in parricidio est. Sed quid de scriptis legibus agimus? Nature hæc lex est, non in tabulis æreis exarata, sed animis nostris penitus insita: cui qui non patet, ne homo quidem sit existimandus, nendum bonus ciuis. Nam si, ut Stoici homines acutissimi disputatione, recte uincere, est naturæ dictum sequi, quid tam naturæ consentaneum, quam in

matrimo

**A natura.** matronum? Nihil enim tam à natura, non hominibus modo, uerum etiam reliquo animalium generi insitum est, quam ut suā quodq; speciem ab interitu uindicet, & propagatione posteritatis tanquā immortalem efficiat. Quid **A minore.** sine coniugali coniunctione fieri non posse ignoret?

Turpisimum autem uidetur, muta pecora naturae parere legibus, homines gigantum more naturae bellum indicere. Cuius opus, si oculis hanc cæcotentibus inspiciamus, intelligemus in omni rerum genere coniugij specie quan=dam inesse uoluisse. Omitto enim iam de arboribus, in quibus Plinio autore certissimo, adeò manifesto sexus discrimine coniugium inuenitur, ut nisi marita arbor in se=minas circumstantes ramis incubat, tanquam cōcubitum appetens, haec planè steriles mansure sint. Taceo de gemmis, in quibus sexum inueniri scripsit idem autor, at non

**Celus Coll & solus.** Non' ne deus ita res cunctas uinculus quibusdā con=nexuit, ut aliae alijs egere videantur? Quid cœlum percep=tuo motu uersatile, non' ne dum tellurem omnium paren=tem subiectam, uario rerum genere secundat, uelut infu=so semine, mariti fungitur officio? Sed singula percurre=re nimis longū arbitror. Quorsum autē hæc spectant: eò uidelicet, ut intelligamus coniugali societate & constare,

& contineri omnia: sine ea dijolui, interire, collabi cun=cta. Fingunt ueteres illi ac sapientissimi poëtae, quibus studiā fuit philosophie precepta fabularum inuolucris te=geret, gigantes anguipedes terræ filios, extructis in cœlum montibus bellum superis intulisse. Quid hæc sibi uult fabula? Nimis immanes quosdam ac feroci homines et obscures, à coniugali concordia uehementer abhoruisse, coq;

a arbore coniugium.

**Celus Coll & Terra.**

Fabula; & eius expositio.

eoq; fulmine præcipitatos, hoc est, funditus interisse, cum id uicarent, quo solo constat humani generis incolumentas.

At ijdem Orpheum poëtam ac citharoëdum saxa du-  
rißima cantu mouisse commemorant. Quid significantes?  
Nempe uirum & sapientem, & facundum, homines sa-  
xeos & ferarum ritu uiuentes, a uago concubitu prohi-  
buisse, atque ad matrimonij sanctissimas leges adduxisse.

Age uero, quandoquidem in fabulas minime fabulosas  
incidimus, idē Orpheus, cū apud inferos Plutonem ipsum,  
manes q; permouit, ut Eurydice suam licet abducere:  
quid aliud poëtas cogitasse putamus, quam ut nobis cōiu-  
galem anorem cōmendarent, qui apud inferos quoq; san-  
ctus, ac religiosus haberetur? Eodem pertinet, quod anti-  
quitas cōiugio Iouem Gamelium præficerit, Iunonē pronu-  
bam, Lucinā, que parturiētibus adesset: superstitione qui-  
dem errans in deorum nominibus, at non errans in hoc,  
quod matrimonium rem sacram ac dignā, quae diis curae  
fit, iudicarit. Diuersi quidē apud diuersos populos ac na-  
tiones, ritus legesq; fuere. Nulla unquā gens tam fuit bar-  
bara, tam ab humanitate omni aliena, apud quam coniu-  
gij nomen non sanctum, non uenerandū sit habitum. Hoc  
Thrax, hoc Sarmata, hoc Indus, hoc Græcus, hoc Latini-  
nus, hoc uel extremus orbis Britannus, aut si qui sint his  
quoq; semotiores, religiosum habuit. Quid ita? quia neces-  
se est omnibus esse cōmune, quod cōmuniis hominū parens  
insciuit: & adeo penitus insciuit, ut huius rei sensus nō so-  
lum

Ab autoritate  
& exemplis.

lum ad turtures & columbos, uerum etiam ad iumanissimas feras pertingat. Siquidem leones in uxore mites sunt. Pro catus dimitant tigrides. Asinos per obstantes ignes agit prolis tuendae pietas. Atque hoc sanè ius naturæ uocant, ut efficacissimum, ita latissime patens. Ut igitur dilesimile, gens cultor non est, qui presentibus rebus contentus, arbores adultas satis quidem accurate tractat: ceterum neq; propagandi, neq; inferendi curā agit, propterea quod necesse est paucis annis eos hortos quantius diligenter excultos interire: ~~et quod illi~~ ~~Proprietas~~ ~~qui~~ ~~fructuosa~~ ~~est~~ ~~ad~~ ~~hortorum~~ ~~ad~~ ~~fructuosa~~ ~~est~~ ~~ad~~ ~~hortorum~~

Hebrei. ~~multitudinem~~. Apud Hebreos & Persas laudi in primis erat, quam plurimas habere uxores, tanquam ei patria plurimū deberet, qui eam numerosissima sobole locupletasset. Num tu Abraham ipso sanctior uideri studes? ~~et~~ ~~quod~~ ~~est~~ ~~ad~~ ~~sanctior~~ ~~est~~ ~~ad~~ ~~sanctior~~. Num tu Iacob religiosior haberis quæfis? Is Rachelis amplexus tam diuturna scrutute, redinere non dubitauit. Num Salomon sapienter? At quantū ille uxorū gregem domū aluit? Num Socrate castior, qui Xanthippen foeminam etiam morosam domi pertulisse legitur: non tam, ut ille suo more iocabatur, quod domi disceret tolerantiam, sed ne in naturæ officio claudicasse uideretur? Intellexit enim uir, unus Apollinis oraculo sapiens iudicatus, hac lege se genitū, ad bac natū, hoc se debere naturæ. Nam si recte à ueteribus philosophis dictū est: si non temere à nostris theologis comprobatum

probatum: si merito uelut adagionis uice ubiq; decanta-  
tum, neq; deum, neq; naturam quicquā frustra facere: ~~an  
hac uerbi ueritate, sed~~ ~~in~~ ~~hunc~~ ~~genitivum~~  
~~ad illud frustra, sed~~ ~~in~~ ~~hunc~~ ~~genitivum~~  
~~g~~ ~~frustra, sed~~ ~~in~~ ~~hunc~~ ~~genitivum~~

Confutatio.

~~Quia~~ ~~maritum~~ ~~est~~ ~~Quasi~~ uero matrimonium, cu-  
im munus sine bis stimulis peragi nequit, non culpā prae-  
cesserit. Nam in ceteris animantibus unde illi stimuli? à  
natura, an à peccato? Mirum nī à natura. Postremò nos  
imaginatione fœdum reddimus, quod suapte natura pul-  
chrum ac sanctum est. Alioqui si res non opinione uul-  
gi, sed ipsa natura uelimus expendere, qui minus fœdum  
brutorum animantium more edere, mandere, concoquere,  
excernere, dormire, quam licita permisſaq; Venere uti?

At uirtuti potius quam naturae parēdū ~~maritum~~ ~~est~~ ~~Quasi~~ ~~maritum~~ ~~est~~ ~~Confutatio.~~  
~~maritum~~ ~~est~~ ~~Quasi~~ ~~maritum~~ ~~est~~ ~~Confutatio.~~  
profiscatur, ne esse quidem pōterit, que cultu & disci-  
plina perficiat. Sed apostolorum te institutum delectat, Confutatio.  
qui & ipsi cœlibatum sunt secuti, & dios ad id uite ge-  
nus sunt cohortati. Imitentur sanè apostolos uiri aposto-  
lici, quorū cum sit muncris & docere, & instituere ple-  
ben, non queunt simul & gregi, & uxori satisfacere.  
Quanquam & apostolis aliquot uxores fuisse constat.  
Episcopis cœlibatum concedamus. Quid tu apostolicum  
institutum







Epilogus superiorum argumentationum.

Quare si quid nature sensus, si honestum, si pietas, si religio, si officium, si uirtus te mouet, cur ab eo abhorres, quod deus instituit, natura sanxit, ratio suadet, divine pariter & humanae literae laudant, leges iubent, omnium gentium consensus approbat, ad quod optimum cuiusque exemplum adhortatur? Quod si plerique etiam acerbæ, A incundo. uiro bono sunt expetende, non alio nomine, quam quod honestæ sunt, matrimonium profecto multo maxime experitum, de quo quis dubitare posse, plus ne babeat honestatis, an uoluptatis? Quid enim dulcissimum, quam cum ea uiuere, cum quæ sis non benevolentia modo, uerum etiam corporum mutua quadam communione arctissime copulatus? Si magnam quandam animi delectationem ex reliquorum necessiorum benevolentia capimus, quam dulce in primis sit habere, qui cum animi tui secretos affectus communices: qui cum perinde ut tecum loquaris: cuius fidei te tuto committas: qui tuas fortunas suas esse ducat? Quid tu credis habere felicitatis mariti uxorisque coniunctionem, qua nulla possit illi rerum natura inueniri, neque maior, neque firmior? Cum ceteris enim amicis animorum duceat benevolentia coniungitur, cum uxore & summa charitate, & corporum mixtione, & sacramenti sedere, & fortunaru omnium societate copulamus. Præterea in ceteris amicitijs quæta simulatio: quanta perfidia! Sed iij quos nostri amantissimos existimamus, sicut birudines, exacta estate devolati, ita fortuna reflante deficiunt. Nonnunquam recentior amicus ueterem eicit. Paucos

audimimus, quorū fides usq; ad uitæ finē cōstiterit. Vxoria uero charitas nō perfidia corrūpitur, nulla simulacra obscuratur, nulla rerum mutatione conuellitur: deniq; sola morte, imo ne morte quidē distractabitur. Illa parētum, illa sororum, illa fratrum pietatē, tui amore contemnit: te unum respicit: ex te pendet: tecum emori cupiat. Res est habes quæ tucatur, habes quæ augeat. Nō est habes quæ querat. Si res secundæ sint, duplicatur felicitas: sin aduersus, erit quæ tē cōsoleatur, quæ assideat, quæ inserviat, quæ tuum malū suum esse cupiat. An tu uoluptatē ullam cum hac tanti cōiunctione cōferendā censes? Si domi agis, adeſt quæ solitudinis tædū depellat: si foris, est quæ discedentē osculo prosequatur, absentem desideret, redeuntē leta excepit. Dulcis iuētē tue sodalis, gratum senectutis solatium. Natura quidē homini dulcis est uel queuis societas, quippe quæ ad benevolentia atq; amicitiam genuit. Hæc igitur quomodo non erit dulcissima, in qua nihil non cōmune est? Contrā autē, si feras quoq; solitudinē borrhē, societate delectari uidemus, ~~sed in solitudine~~ Quid enim eo homine odiosius, qui tāquā sibi uni natus, sibi uiuat, sibi quarat, sibi parcat, sibi sumptum faciat, neminem amet, ametur à nemine? An non istiusmodi portentum dignū censembitur, quod cum Tintone illo ex uniuerso hominum cōtubernio in mediū mare proiecitur? Neq; hic ausim illas tibi uoluptates proponere, quibus ciam natura nihil uoluerit esse homini dulcius, nescio tamen quo pacto à magnis ingenijs dissimulantur potius, quām contēnuntur ~~sed in solitudine~~

~~Quis dulcis coniugium, quis amabilem patrem?~~ Etiam si minima bonorum, quæ  
babet coniugium, pars est, ea corporum uoluptas. Sed fac-  
te istam ut uiro indignam contemnere: ~~qui~~ ponatur, si uis, in-  
ter extrema coniugij communoda: iam quid casto amore  
esse potest amabilis, inò quid sanctius atque honestius?  
Accrescit interim dulcis affinium turba. Duplicatur pa-  
rentum, fratrum, sororum, nepotum numerus. Natura  
enim unam duntaxat matrem, unum patrem tribuere po-  
test. Coniugio pater alter, altera mater accedit, qui te, ut  
cui sua uiscera commiserint, singulari pietate non prosc-  
qui non possunt. I am uero quanti illud estimabis, ubi pul-  
cherrima coniux pulchra faciet te prole parentem? Vbi  
quis tibi parvulus aula inserit Aeneas, qui tuos, tuosq; cō-  
iugis uultus referat, qui te blanda balbutie patrem appell-  
itet? I am accesserit coniugali charitati vinculum adamā-  
tinum, quod ne mors quidem ipsa queat abrumpere.

Felices, inquit Flaccus, ter & amplius, Quos irru-  
pta tenet copula, nec malis Diuulso querimonijs, Su-  
prema citius soluet amor die. Habes qui senectutem tuam  
oblectent, qui oculos claudant, qui iusta persoluant, in  
quibus renatus uidearis, quibus superstitionibus tu ne occi-  
disse quidē poteris. Non absunt ad alienos heredes, quæ  
tibi parasti. Ita tanquam omnibus perfuncto uitæ munijs,  
ne mors quidem ipsa acerba uideri poterit. Omnibus, u-

limus nolimus, senectus imminet. Hac ratione natura prospexit, ut in liberis ac nepotibus repubescamus. Quis enim graniter ferat senectutem, ubi suos uultus, quos adolescēs gesuit, in filio conspexerit? Mors omnibus parata est. ~~est~~  
 hac una uia, uelut immortalitatē quandam meditatur naturae prouidentia, dū sic aliud ex alio propagat, ut ueluti cum plantaribore excisa repullulat, nec interisse videatur, qui prole relicta moritur. At minime me fugit, qd inter haec obmurmures. Beata res est coniugij, si omnia secunda eueniāt: sed quid si morosa cōtingat uxor? quid si in pudicas? qd si liberi impij proueniāt? Occurrent animo tuo exempla eorum, quibus cōiugium exitiū attulerit. Exaggera quantū potes, sed tamē hominū ista uitia fuerint, non cōiugij. Crede mihi, non solet nisi malis māritis mala uxor contingere. Adde quodd tibi in manu est, ut bonam eligas. Quid si corrūpatur? A malo quidē marito, uxor bona corrūpi potest: a bona mala corrigi consuevit. Falso uxores accusamus. Nemo, si qd mihi credis, unquam nisi suo uitio improba uxorē habuit. I am ex bonis parentibus, s̄t me similes nascuntur liberi. Quanquam & hi utēq; nati, frē tales euadunt, quales illos finxeris institutione. I am uero non est quodd zelotypiam metuas. Iste stulte amantū māribus est, castus ac legitimus amor zelotypian nescit. Quid tibi tragedie in mentem uenient? Hec maritum adulterā securi percussit, haec ueneno sustulit: illa morum odio ad mortem adegit. Cur non potius Tiberij Gracchi Cornelia succurrit? Cur non Alcestis non optimū māriti cōiux optima? Cur non occurrit uel Iulia Pompeij, uel Bruti Portia? Cur non aeterno nomine digna Artenusia? Cur non Hypsi  
 erat ea

erat ea Milbridatis Pontici regis uxor? Cur non Tertia  
 Aemilia comitas in mentem uenit? Cur non Turia fides?  
 Cur non Lucretia, Lætulaq; succurrit? Cur non Arria illa  
 à Plinio celebrata? Cur non innumeræ alie, quarū & pro-  
 dicitia, & fides in maritos, ne morte quidem potuit im-  
 mutari? Rara, inquis, uis in terris, mulier proba. Et tu  
 rara uxore dignū te finge. Mulier, inqt sapiēs ille, bona,  
 pars bona. Aude tuis moribus dignā sperare. Plurimum in  
 hoc situm est, quam deligas, quomodo fingas, quād ipse te  
 illi prebeat. Sed dulcior est, inquietus, libertas. Qui quis  
 uxorē accipit, compedes accipit, quas sola mors posuit ex-  
 cutere. Quid autem dulce esse bonū soli posuit? Si dulcis  
 est libertas, sociā ascēsēdā cēsco, qua cum bonū istud tibi  
 cōmune esse uelis. Quāquam quid ista seruitute liberius,  
 ubi ita uerq; alteri obnoxius est, ut neuter manumitti ue-  
 lit? Astrictus es ei quem in amicitiam recipis. At hic nemo A simili  
Orbita.  
 libertatē ademptā clamitat. At ueris, ne liberis morte ab-  
 sumptis, orbus in luctum incidas. Si orbitatē times, ob id= Violatio,  
 ipsum ducenda uxor est, que sola hoc prestare potest, ne  
 sumus orbi. Sed quid tu tā diligēter, inq; anxi, omnia ma-  
 trimoniū incōmoda disquiris, quasi cœlibatus nihil habe-  
 at incōmodi? Quasi uero uilla sit uita mortalū, que nō sit  
 omnibus fortune subiecta casibus. E' uita migret oportet,  
 qui nihil incōmodi ferre uelit. Quod si ad cœlestem illam  
 uitam respicias, mors hec hominum uita est, haud uita di-  
 cenda. Sin intra humana conditionē animum contineat,  
 nihil est coniugali uita, neq; tutius, neq; tranquillus, neq;  
 iucundius, neq; amabilius, neq; felicius. Ab exitu rem spe-  
 cta: quotumquenq; uides, qui sc̄mel expertus coniugium,

nō audire repetat? Mauricius meus, cuius eximia prudentia tibi non est incognita, non' ne ab obitu cōiugis, quam unice deamabat, altero mense duxit in th̄ adamū nouam sponsam? Non adeo libidinis impatiētia, sed negabat sibi uitam uideri uitam absq; coniuge rerum omnium consorte. Iouius noster, non' ne iam quartam ambit uxorē? Sic adama bat uiuas, ut nullam consolationem adnūssurus uideretur. Sic una defuncta, ad sarcinā thalami solitudinē prope- rabat, quasi leuiter illas amasset. Sed quid nos de honesto

*Ab utili, ac ne-  
cessario.*

ac iucundo disputamus, cū non utilitas modo suadeat, uerū etiam necessitas ad coniugū impellat? Tolle matrimonū, per paucis annis uniuersum hominū genus funditus intereat necesse est. Xerxes illū Persarū regē, cum ex edito lo- eo ingentem illam hominum multitudinem intueretur, la- crymas non tenuisse dicūt, quod ex tantis hominū milibus post annos sexaginta, nullus omnino supersuturus esset. Cur quod ille de suis copijs intellexit, non etiā de uniuero hominū genere perspicimus? Sublato coniugio, quotus quisq; ex tot regionib; prouincijs, regnis, urbibus, cœ- tibus post centū annos supererit?

Num expectamus, ut Iupiter aliquis nos eodem munere donet, quod apibus tribuisse dicitur, ut sine concubitu foetificemus, & posteritatis semina è flosculis ore legamus? An uero postulamus, ut sicut è Iouis cerebro Mineruā prognatā poētæ fabulantur, ita nobis è capite liberi exiliantis? An deniq; ut iuxta veterū fabulas, è terra, è saxis proieciuntur, è duris arborū trūcis bonunes producuntur? È terre gremio permulta sine nostro cultu enascuntur. Plātide sub umbra matris sēpe pullulascut: at homini hāc unā propagādi uia natura esse uoluit, ut mutua mariti, uxorisq; opera mortalium genus ab interitu vindicaretur. Quod si fugiant tuo exēplo mortales, ne ista quidē, que tu miraris, esse poterunt. Cælibatum miraris, suspicis uirginitatē? At nec cælibes crunt, nec uirgines, si coniugij usum sustuleris.

Liceat ē numerosa sobole uirginē deo consecrare. Rustici  
 frugū primiis superis immolant, non uniuersum proue-  
 tū: at te unū stirpis tuę reliquias esse memineris oportet.  
 Nibil autē refert, utrū occidas, an seruare recuses, q à te  
 uno seruari & poterat, & facile poterat. At sororis exē-  
 plum te ad cœlibatū abhortatur. At ista uel una re potissi-  
 mū debebas à cœlibatu deterreri. Generis enim spem, que  
 prius utrisq; erat cōmuniſ, nunc totā ad te unum reuolu-  
 tam intelligis. Detur hæc uenia sexui, detur etati: puella  
 dolore uicta peccauit, stultarū muliercularum, aut stulta-  
 rum monachorum impulsu sese præcipitē dedit. Tu maior  
 natu, uirū te esse memineris necesse est. Illa maioribus suis  
 commori uoluit, tu ne moriantur, operā dabis. Soror sub-  
 duxit sese officio, tu duoru tibi partes obēudas esse cogi-  
 ta. Non dubitarunt filiæ Loth cum patre temulento rent  
 babere, satius esse iudicantes nefario etiam incestu generi  
 consalere, quam pati interire. Tu matrimonio honesto,  
 sancto, pudico, sine offensa summa cum uoluptate, non  
 cōsules tuo generi alioqui intermorituro? Quare si uamus  
 eos Hippolyti institutum imitari, sedētur cœlibatum, uel  
 qui mariti fieri possunt, patres non possunt: uel quorum  
 tenuitas liberis educandis non suppeditat, uel quorum ge-  
 nus

Violatio.

Exemplum cō-  
vallatione.

Epilogus.

nus diorum opera posse propagari: aut certe eiusmodi  
est, ut magis Recip. conducat intermori, quam propagari:  
uel quos peculiaris quidam eterni numinis favor, comu-  
ni hominum sorte selectos ecclesi cuipiam functioni desti-  
nauit, quorum mira est raritas. Tu uero cum teste medico  
uiro neq; imperito, & minime mendaci, magnam posteri-  
tatem promittere uidearis: patrimonium habes amplissimum,  
genus autem tum optimum, tum clariſſimum, ita  
ut obliterari sine nepario scelere, magnoq; Recip. detri-  
mento non possit: tum adſit etas integra, nec defit forma:  
offeratur uero coniux puella, qua neq; integriore, neq; il-  
lustriorē ullam uiderunt cives tui, pudica, modesta, pia, fac-  
cie diuina, cum dote amplissima: cum rogent amici, lacry-  
mentur propinqui, instent affines, patria flagitet: ipsi ma-  
iorum tuorum cincres à tumulis idipsum te obtestentur: tu  
tamen adhuc cōtaris, adhuc cœlibatum cogitas? Si quares  
parum honesta abs te peteretur, si qua difficultas, tamen uel  
tuorum uota, uel generis charitas animum tuum expugna-  
re debuerat. Quanto & equius est id amicorum lacrymas,  
patrie pietate, maiorū charitatē abs te obtinere, ad quod  
te diuine pariter & humanae leges bortantur, natura in-  
ſtagat, ratio ducit, honestas allicit, tot cōmoda inuitat, ne-  
cessitas etiam ipsa cogit! Sed iam argumentorū plus satis.  
Confido te iandudu me monitore sentētian mutasse, ani-  
mumq; ad salubriora consilia appulisse. Plurimum cōdu-  
cet in hoc suasio genere longe omnium utilissimo, diligē-  
ter exerceri. Dominatur enim ferè omnibus generibus. Primum igitur cuiusmodi sit, quod persuadere cupis, at-  
tente est considerandum. Deinde que sunt in eo cōmoda  
omnia

De exercitio-  
ne huic gene-  
ris praeceptio-

omnia diligenter colligemus, & amplificabimus: contrà uero si qua insunt incomoda, queq; illius animum posse deterrere uidentur, ea aut extenuabimus, aut remouebimus, ex cogitatis quam plurimis rationibus, & rationū confirmationibus, ac locupletationibus. Qui loci incident communes, ad rem accommodandi sunt: uelut hic incident, omnibus rebus insitam esse uim propagandi sui. Item mille morbis, mille casibus atteri genus humanum. Item quam nihil in hac uita iucundum sine consorte. Item senectutem ac mortem tolerabiliorem fieri, paratis liberis. Postremo uero uidendum quibus argumentationum formis, aut quibus exhortationibus ea que ex cogitata sunt, quam commodissime possint explicari.

### Degenerè dissuasorio.

**I**N dissuasione omnia inconmoda colligemus. Hæc quæ admodum inueniri possint, mox paucis demonstrabimus, quæ quidem meditata, & tanquam ad manum habere oportebit. Proponat autē didascalus aliquod argumentū scite ex cogitatum, capita rationū, exempla, similitudines: & si uoleat, dispositionem paucis ostendat, reliqua puerorum ingenij relinquat. Deinde illorum inuenta castiget, mox palinodiā scribere iubeat. Nonnunquam etiam acuēdi ingenij gratia, infames materias proponat. Veluti si quis suadeat pauperitatem, ex ilium, ingratitudinem, & grotacionem, contemptum studiorum, neglectum linguarum, tyrrannidem, ut uetus uetus ducat, ut domū ducat uxorem improbam. Nihil enim est ita natura bonum, quin ab ingenioso oratore deprauari possit. Hac exercitatione cum copia, tum promptitudo quedam quavis de re dicendi para-

di parabitur. A' me modo suasum est matrimonium, ubi pleraq; eius uite commoda collegi, contrà autem cœlibatus incommoda exaggraui. Incommoda uero matrimonij, quæ illic partim extenuauit, partim refelli, ea in palinodia crunt exageranda: contrà, commoda aut uehemēter deprimenda, aut commoda esse neganda.

Quoniam igitur modo erit hec palinodia instituendas Aut hoc ipsum argumentum ijsdem positis circumstantijs, in diversam partē tractabimus: aut singenus amicum sc̄cum hæsitantē, utrā uitam uelit amplecti, aut iam nuptias animo destinasse. Et ut à circumstantijs discamus inuenire arguments, thema certis personis conflictum proponemus, hoc pacto. Petrus adolescēs, minimus fratrū suorum, summo ingenio, & iam literis iniciatus, matris opera à schola reuocatus, ab eadem ad ducendam uxorem solicitatur, puellam, & divitem, & egregia forma. Pater neque uxori, neque filio refragatur, sed liberum illi permittit, ut eligit. Scribit nunc illi sodalis, & equalis, & socius studiorum, conaturq; illū à matrimonio deterrere. Hic, ut coniugium quam miserrimum ostēdat, omnes eius uite arumnas cōtrahet: primum ab ipsius coniugij natura: Adducet enim scrutitatem, & tam quidem, quam semel admissam effugere nullo modo possit. Nulla enim scrutitus, non misera esse potest, quum hominem natura libertatis auidum finxit. Atque hic incidit locus communis, late tractabilis. Ad hæc, quam omnis scrutitus misera est, tum illa minime uiro conuenit, quæ cogimur muliereulis inseruire. Preterea quod mutua est scrutitus. Accedit etiam alterum incōmodū, quod eam ipsam sustinere cogeris & alere, cui inservis.

scrulis. Nā reliquis in scrututibus, servi ex dominis pen-  
dant, at illa ex te. Prius ibas, quō uolebas: cœnabas, ubi  
uolebas: nubebas qui cum uolebas, uagaberis, nugaberis,  
conuinabar, lusitabis, confabulaberis. Nunc domi des-  
pendum, cœnandum domi, cubandū domi, uiuendum more  
illius. Que si facis, ubi dulcis illa libertas! Sin minus, lites  
domi parate, audienda iuriosis & uxoris conuicia. Res au-  
geri poterit per contentionē. Seruus uernaculus, siue em-  
ptitus uel precio dato, uel ex heri benignitate, sperat li-  
bertatē: hic sola mors habet ius manumittendi. At formosa  
est, non potest non esse uoluptati. Imò si formosa est, cer-  
tam miseriam effugere non potes. Nam si deformis es, et  
minus quidem animum uoluptate oblectaret: at risus  
metu minus angeret, minus procax es.

Nunc quam formam suam non ignoret, multo erit in-  
solentior. Tum si parum pudica sit, quā tibi incunda po-  
terit esse uita? Sin pudica, quod haud scio an fieri posse,  
perpetuo metu cruciaberis, ne te non satis amet, ne corrū-  
patur, ne mutet animum. Nam si non ames, miserum est  
uiuere cum ea, quā non ames. Sin ames, hæc omnia secundum  
incômoda adfert amor, suspicções, iniurias, iurgia, rixas,  
& cætera. Præterea stulti est compedes suas quamvis au-  
reas amare. Quid refert, linco, an scribo sive stranguleris?  
Deinde extenuabis eam corporis uoluptatē, qua negabis  
tantos dolores esse emendos. Est enim pecuina prorsus,  
plena fastidij, plus aloës quām mellis habens, indigna ma-  
gnis ingenij. An hæc una tanti est, ut multo dulciores uo-  
luptates relinquas, & tot miserias adeas? Atq; hic rursus  
incidit locus cōmunitatis, aduersus eā uoluptatē, que ex co-  
itu

ita percipitur, quam quidam non inscite morbi comitialis  
 specie dixerunt, Plato etiam malorum. Nulla res magis bebe-  
 rat animi uigore, nulla magis encruat uires corporis, nuda  
 la magis accelerat senium. Post hec ostendat rem esse ple-  
 nam periculosa ales. Hic locus incident odiosus, de uitij  
 fortunae sexus, que paucæ bona aut pudicæ reperiantur,  
 quam paucos non paenituerit initi coniugij. Haec omnia  
 que nimium frequenter accidunt, ponet ob oculos. Vxorē  
 rixosam, procacē, impudicā: breuiter his moribus, ut, quod  
 frequenter accidit, maritum ad mortem adigat: perennes  
 querelas, dotis exprobrationē, affinitū graue supercilium,  
 guerrulam socrus linguam, suffosorem alieni matrimonij,  
 liberos impios ac perditos, aliaq; que plurima collegere  
 Iuuenalis, Tertullianus, Hieronymus, & alij qui  
~~inveniuntur~~ uires eloquentiae depropulsarunt.  
 Atq; hinc ueluti gradu facto, descendet ad ea incommoda,  
 que felix etiam matrimonium sc̄e consequuntur: maiore  
 rei domesticæ curam, studium augendarum facultatum,  
 adipiscendorū honorum (huc enim extimulat uxoris fo-  
 cunditas) morbum filiorum aut uxor, mortem, luctum,  
 orbitem. Contraria que uoluptas sit in literis. Non posse  
 quenquam simul & uxori & musis uacare. Que digni-  
 tis, queq; felicitas uirginitatis. Hic per contentiones enue-  
 merabit, que relinquat, que subeat. Sed sine matrimonio  
 genus humanum sustineri non potest: quasi uero desint,  
 qui isto munere fungantur. Istibuc alijs relinque, qui hu-  
 manis rebus sunt nati, tu ad divina, ad coelestia factus es.  
 Sunt tibi fratres, quorum opera genus tuum possit pro-  
 pagari, tuum est illud nō liberis, sed literis illustrare. Plus  
 res

res filios tibi parabis beneficijs tuis, quam uxor posset  
giguere. Et sepe numero fidelius amant, quos paratis,  
quam quos genueris. Puta te tot habent filios, quot pueri,  
quot adolescentes ad honestas literas, ac plam uitam  
institueris. Hi parentem non grauauit sumptu, non discru-  
ciant alendi solicitudine, immo potius alunt parentem. Et  
hic est locus communis, longe uerius esse patrem, qui fin-  
git, ac format animum, quam qui generat corpus. Ad bo-  
rum omnium singula poterunt accommodari exempla,  
ceteraque quibus ostendimus orationem locupletari. Hec  
indicasse sufficerit, ne plus satis oneremus lectorem.

### De consolatoria epistola.

**Q**uum uita mortalium undique plena sit calamitatum,  
neque multos reperire liceat, quos sae fortuna non  
peniteat, nullum officium incidit frequentius, quam ut ami-  
corum animos consolando subleuemus. Neque uero mediocre  
beneficium est, tenebria et amica consolatio, qua quoties  
in rebus afflicti eorum, quibus bene uolumus, exigitudini  
re mederi non licet, uerbis saltem lenimus dolorem. Verum  
scire id ipsum faciamus oportet, ne uelut imperiti medici  
uulnus crudum adbuc et recens exulceremus potius, quam  
mitigemus. Proinde triplex erit ratio tractande consolatio-  
nis: una simplex et aperta, per quam argumentis declara-  
mus non esse causam dolendi: quoniam uiro sapienti nihil ac-  
cidere posset triste preter turpitudinem, neque a quoquam  
laedi posset, nisi a scipso. Huiusmodi ualidis pharmacis ute-  
mur, quoties nobis cum philosopho, aut aliqui uiro cor-  
dato res est. Altera per insinuationem sumenda, quoties  
aut animus est infirmior, aut dolor recentior, acerbior, ut  
quam

2. *sex ratio  
actandi con-  
solatorios.*

quām ut apertē patiatur sibi admoueri manus. Siue quām  
cretior est animus eius, quem consolamur, quām ut vide-  
ri uelit opus habere consolatore. Nam quemadmodū sunt  
quidā animo tam excuso prædicti, ut quām ægrotet gra-  
uiter, tamen pudeat medicū accersere, quod ignauum, ac  
forti uiro pudēdum existimet ægrotare; ita sunt qui pudo-  
re quodam generosē mentis, quamlibet magnū dolorem  
animi premunt, ac dissimulant. His hac arte erit obrepens-  
dum, ut negemus nos cōsolandi gratia scribere, quām mul-  
tis modis perspectam habeamus illius eximiam sapien-  
tiam, tum infractam animi magnitudinē omnibus fortunē  
procellis maiorem: tamen si fatebimur casum esse eiusmodi,  
ut alium quēlibet facile possit deicere, tamē non dubitare  
nos, quid homo à puero uera philosophie præceptis in-  
stitutus, longo rerū usu doctus, ad hanc inuiditio quodā ani-  
mi ro bore præditus, fortiter strat, quod ex cōmuni morta-  
lium lege uitari nō potest: nos illius fortitudini gratulari  
uelle potius, quām dolori mederi. Priori incommodo sic  
medebimur, ut eius, quē consolari uolumus, effectū in nos  
transferamus, sic attempantes orationē, ut nostro dolori  
magis obsequi, quām illius ægritudinē mitigare uelle ui-  
deamur. Hac arte M. Tullius Milonis causam agēs, sicut  
metum in se transfert, quō iudicū animis metū eximat.  
Siquidē quos dolor adhuc totos posidet, non aliter tra-  
stanti sunt, quām isti, qui ob morbo initiatum animi iudi-  
cium, sibi uidentur esse cornuti, aut naso in longū promi-  
nenti, aut mortui, aut testacei. Oderūt dissentientes, amāt  
eos, qui per dissimulationē ipsorum imaginatio ni assentan-  
tur. Proinde qui his mederi student, nonnunquā simulant

o seſe

*sese codē teneri modo. Porrō contracta benevolētia, facile  
persuadent remedium, ac paulatim obrepentes, tandem exi-  
munt falsam imaginationem. Itidē agendū erit cum his,  
quorum animus nondum admittit manum medicantis. Di-  
cemos nos ipsos ad cōsolandum parum esse idoneos, qui  
non minus angamur animo, quām is ipse, quem confirma-  
re deberemus. Deinde doloris causas etiā exaggerabimus,  
etāq; exaggerationem non solum à re ipsa, sed ab eius  
etiam qui patitur indignitate sumemus, non sine laude  
quadam eius iniurian quām plurimis bonis uiris dolere  
dicemus. Quod ubi erit factum, tum medicamentum adbi-  
bebimus: hic omnia quae dolorem lenire possint, diligenter  
colligemus. Id fieri, si ipsum malum in quod incidit, ueris-  
similiter extenuabimus: & bonum unde excidit, quantum  
licet eleuemus. Malum extenuabimus, si minime diuturn-  
num fore ostenderimus. Solent enim patientius ferri in com-  
moda, quae breui finem habitura putentur, præsertim si  
eam incommoditatem magna aliqua spes sequutura mon-  
stretur. Hic omnes rerum cōiecturas diligentissime dispi-  
ciemus, quibus eam spem quām maxime probabilem effi-  
ciamus. Unde autem coniecturæ sumantur, rhetorum de  
statu cōiecturali preceptiones haud obscurè demonstrat:  
& Ciceronis cum multæ, tum illa in primis ad Cecinnā  
epistola, exemplo esse potest, ubi idē facete suo more, tan-  
quam augurandi disciplinam quandam tradere uidetur.*

*Alter modus extenuandi ma-  
lum. His omnibus assertionem quandā admiscebimus. Quod  
si eiusmodi sit incommode, ut diuturnū uideri necesse  
sit, alijs extenuandi rationibus utemur. Aut enim non esse  
incommode, aut non esse tam graue, quam apparet, ni-  
temur*

temur ostendere. Id faciemus, si quicquid erit in eo com-  
modi, id accurate cum amplificatione quadam indicemus.

Nullum enim tam graue malum homini potest accidere,  
ex quo nō aliquid commodi decerpī queat. Si negabimus  
ullum esse malum existimādum, quod citra culpā homini  
obtigerit, quemadmodū docet Aristoteles, incundam esse  
malorum recordationem, quae cum honesta fama coniuncta  
sunt; ita levius scriimus, quae nostra culpa contracta nō  
sunt. Hic philosophorū rationes & p̄ter ceteros Stoicorum  
plurimum adiuuabunt; si eiusmodi calamitatē uel  
fame eius profuturam, uel gradum quandam ad maxima  
conuocanda iactum esse ostendemus. Solet enim summa uitae  
summaq; felicitas à durissimis initijs plerunq; profici-  
cisci: idq; exemplis approbabimus, si theologico more  
eiusmodi tempestatem à superis propitijs immissā dice-  
mus, corpori quidem molestam, sed anime salutē. Nihil  
autem è quē dolorem leuat, teste Cicerone, ut communis  
tanquam legis humanae conditionis recordatio. quare id  
mali, illi cum uniuerso mortalium genere, uel certe cum clas-  
risimis, optimisq; uiris quam plurimis commune esse de-  
clarabimus. Hic illustrum uirorum exempla, qui in eos-  
dem luctus inciderunt, aut certe similes: quiq; eos fortissi-  
mo animo, maxima cum laude tulerunt, accernulabimus.  
Postremò ad exhortationē veniemus: ad pristinā animi to-  
lerantiā, magnitudinē, sapiētiā, eruditioñē vocabimus. In  
cōclusionē omnē operā, studiū, diligētiā, & ipsi, & eius  
filii, ac necessarijs deferemus. In cōsolādo iocus erit uehe-  
mēter fugiēdus, nisi leue sit in cōmodū, ut ioco posit exhibi-  
larari. Tum si modo cui scribimus, is erit, qui huiusmodi

rebus capiatur, quam blandissime iocādum erit; ita tamen, ut ueras consolationes cum iocis permisceamus. Præterea cauēdum ne nō tam amice consolari, quam p̄cipere uidemur, nisi uebementer erit familiaris, cui scribimus: ne tanquā sani ægrotantibus imperemus: ne quid de nostra, aliorum' ue felicitate cōmemoremus: ne Tityrū illum Vergilianum rustice imitemur: O Melibœe, Deus nobis hæc ocia fecit. Ut enim societas miseriam leuat, ita aliena immunitatis recordatio, ægritudinē exasperat. Quæ quīsa-

**Argumentum** tis diligenter p̄cepta putē, exemplū adiiciemus. Cani-  
Buc thema epi- dius uir in rep. sua p̄clarus, per inuidiā factionū aduer-  
sator.

**Epiſtola conſolatoria exiliis.** Sarū cieclus, in longinquis regionibus exulat, relicta do-

mī uxore, paruisq; liberis, cum amicus consolatur. Officium meum tibi, ut à quo persepe meo in luctu fuerim amatisse  
sime cōfirmatus, uicissim in tuo tristissimo casu deberi qui  
dem agnosco: sed te nihil egere gaudeo. Ita enim fortiter,  
sapienterq; exilium ferre audio, ut nos, qui tui desiderio  
angimur, tua potius, quam tu nostra consolatione simus  
sublenādi. Næ tu sanè uir fortissime, nihil à tuis studijs &  
lienu facis. Ita enim à puero, & optimis maiorū institutis,  
& philosophiæ rationibus animū p̄parasti, ut nullus te  
fortunæ flatu, nec secundus erigere, nec aduersus posit  
deicere. Non quo te tam acerbi uulneris sensu omnino ca-  
vere putē: id enim stupentis magis, quam excellētis animū  
uidetur. Quis enim tam saxeo pectore sit, qui, quod tibi  
euenit, quū pro summis in Remp. meritis, summam con-  
tumeliam acceperit, tanta ingratitudine non permoueatur?  
Quis tantum obliuionis ex illo Letheo flumine bibit un-  
quam, ut nullo natalis terræ, amicorū, uxoris, liberorū de-  
ſideri

fiderio teneretur? Non tibi doleat uulnus qui acceperis,  
 quum multis nō tuis modo, uerū alienis, bonis tamen, do-  
 leat? Quare si te dolere uetem, inhumanissimus plane ui-  
 dear: tametsi affirmare ausim, permultas esse causas; cur  
 tu malū moderatus ferre debebas: quo d si etiā diuturnum  
 fore uideretur, tamen erat quo te sustentares. Nempe in  
 primis tua uirtute, literis, conscientia recte factorum: qua  
 quidem nulla est in rebus aduersis uel uerior, uel præsen-  
 tior cōsolatio. Nunc certissimo augurio breui futurū spe-  
 ro, ut tibi de honestissimo reditu gratulemur: omnes que  
 existimant enulos tuos, qui tuā salutem extingueret cre-  
 debantur, dignitatem tuam uehementer illustrasse. Id qui-  
 dem ego, auguriū ne uanum putas, certissimis signis, para-  
 tim quidem a tua uirtute, & maximis in Remp. officijs,  
 partim à temporum natura colligo. Eam enim in te sapien-  
 tiam, integritatē, industriam, nostra Rēpubl. domū, belliq;  
 experta est: ut etsi tu pro animi tui magnitudine, patria  
 carere facile posse, illa certe tali eiae diutius carere o-  
 mnino non sustineat. Cur igitur sic meritū eiecit, inquietus?  
 Rerum publ. tempestates nostri: nec vulgi animos ignoras,  
 quibus nihil instabilius: qui procellarum in more sursum  
 ac deorsum fluctuant, nec quenquam constanter aut odiſſe  
 solēt, aut amare. Ita est humanum ingenium, uirtutis nec  
 præsentis fulgorē, nec absentis desiderium ferre possu-  
 mus. Præsentem, ut Flaccus ait, oditius, sublatam ex ocu-  
 lis querimus inuidi. Camillum pūrum clarissimum, cuius Exempla,  
 in pace splendorē Romana Rēpubl. ferre non potuit,  
 afflictis in rebus, coacta est reuocare: nec prius quam ex-  
 pulisset, qualem ciuem habuisset, ciuitas alioqui sapiens

intelligere potuit. Itaq; quam absenti patriā reddidissent,  
 & dictaturam non ambienti decreuerissent, imperium quod  
 à ciuib; deserebatur, ab exule defensum est. Socratem, ui-  
 rum omnium quos terra produxit optimum, Anyti &  
 Meliti calumnia undecim uiri ueneno damnarunt: quem  
 ubi desiderare coepit ciuitas Atheniensis, repente omnium  
 conuersus animis, in ipsos accusatores publicus est impe-  
 tus factus: Socrati statuae erexit. Serius quidem illi, quam  
 Socrati cōmodum erat, resipuerūt: tu nondū ita cecidiſti,

**Facit verilius-** quin facile restitui posis. Iam multos quos tuus in Rep.  
 ic.

Splendor urebat, tui desiderium cruciat: factionis aduersa  
 qui sunt, partim amicorū precibus uicti, partim absentia  
 tua, partim ipsa die mutati, posuerunt odium, non nulli ad  
 amicorum tuorum partes transfugerunt. Nemo certe est,  
 qui non mitius odrat. Per opportune uero bellum oritur,  
 & magnū, & periculose, & quidem cum ijs ipsis, quos  
 aliquando tua uirtute coēreitos meminerunt. In quo quam  
 uebementer Resp. tuam operā sit desideratura, in certam  
 spem adducor fore, ut qui ab ingratis ciuib; fueris eie-  
 clus, à suppliciis renoceris, ut non tam acerbum fuerit  
 ciclum fuisse, quam gliosum sic fuisse renocatum. Ha-  
 bes auguriū meum: quod ita meum est, ut idem amicorum  
 tuorum nemo non speret, inimicorum nemo non metuat.

**Quo si quid addubitarem,** non uterer ullis remedij po-  
 tius quam illis, quibus te uirum fortem facile sustentari ui-  
 deo, quibusq; ipse uix quotidie, & te uti facile suspicor.

**Consolatio &** Optima consolatrix philosophia, que non unum aliquod  
 philosophorū malum, inanibus fomentis lenire, sed ad omnes fortunæ  
 decretis. **incursus** animum armare solet. Huic, ut ita dicam, lacte  
 quam

quum ab ipsis sis incunabulis enutritus, quid ego sis Mi-  
neruan, aut uldas Atheus? sed tamen pro tua modestia  
memoré, ut aiunt, te moneri patieris, uidelicet ut hominis  
felicitatem non in fortune temeritate, sed in animo esse si-  
tam memineris. Patriam, opes, honores, ceteraque munera  
sua, fortuna potest eripere: animum sapientem neque dare, Paradoxa.  
neque eripere potest. In te ipso omne præsidium tuum con-  
stitutum esse cogites: sapienti uiro, præter turpitudinem,  
nihil acerbi posse accidere. Virtutem scipsa contentam  
non est casuum mutabilitate pendere. Non cruciari, sed cru-  
ciatu dignum admittere, in malis est numerandum. Tua te  
uirtute inuoluas oportet. Exilium dolet? Non tu miser, qui  
immeritus pateris, sed iij longe miserrimi, qui immeritatem  
cicerunt. Infelicius enim longe est facere iniuriam, quam  
accipere. Patria ingratissimi ciues eripuerunt: animi ma-  
gnitudinem, virtutem, integritatem, eruditio[n]em, honestam  
famam eripere non potuerunt, nec poterunt. At hoc ipsum  
dolet, quod optimè meritus ab ea Repub. quam se penas-  
mero tua uirtute seruaris, exulas. At istib[us] maximam Constatio-  
gritudinis partem leuare deberet. Socrates, uir integri-  
tate laudatissimus, uenenum bibiturus, uxorem eiulantem,  
deplorantemque, quod in nocens esset moriturus, obiurgas:  
Stulta, inquit, nocenter me mori malles? At quod ue-  
nit ex merito, leuiter, lente que ferendum: Que uenit in-  
digno poena, dolenda uenit. Vulgi ista sententia est, &  
stultitia plena. Sapienti uero, que maior esse possit con-  
solatio, quam ex recte factorum conscientia? que quum  
aderit, etiani si fractus illabatur orbis, impavidum ferient  
ruinæ. Omne solum fortis patria est. Egestas, exilium, bel-

entata mixta lumi, non mala, sed materia uirtutis sunt. Crescit enim, & multi. adiit aduersis rebus animi uigor, perinde ut ilex: quæ quo diligentius duris bipennibus tondetur, eò latius ramos diffundit. Darius se rebus aduersis prudentiorē fieri dicebat. Egò uero ita existimo multos egregios uiros, fortune sœvitia non prudentiores modo, uerum etiā clariores exempla fabe- res euasiſſe. Num Herculis gloria per orbem sic emanare potuiffet, nisi illi Iuno tot monstra, tanquam uirtutis materiam obiecisset? Ulyſſem equidem nō tam bellicis rebus, quam tolerantia malorum, quibus decennium est iactatus, immortale nomen adsequutum puto. Cedunt ipsa interdū feliciter mala, & à superis propitijs immittuntur. Middos tibi recensere possem, quibus ita cefit exiliū, ut optandum fuisse uideretur: qui quum in patria uel obscuri, uel iniudicati mixiſſet, apud exterorū & rem amplissimam, & summos honores sunt assequuti. Claudiū uirum nobilissimum à ciuibus in exilium actū, Gallia exceptit. Iam exul adeò locuples, clarusq; est, ut non modo patriam non defideret, uerum etiam quod non antè reliquerit, pœnitent.

Exemplum co-  
glia.

Petrum Aliacensem Cameracēsis ciuitas episcopū elecit, Roma ex exule fecit Cardinalem. Multa apud nostros, ad gloriam uirtutis uia grassantibus obstant, emulatio, inuidia, postremo uirtutis, & splendoris satietas quædā. Quare cum ex his rebus, quas tu semper es admiratus, & in quibus felicitatē constituendā iudicauisti, nihil tibi deceſſit, nihil est, quod te his casibus uehementer afflictus, quibus natura uniuersum hominū genus subiectū esse uoluit. Hac enim lege nascimur omnes, ut omnibus fortunæ casibus subiaceamus. Sic libitum est fortunæ in rebus humanis

Iudenti

Studenti, indignos attollere, optimum quenq; deijsere, lata Minigatio molli  
 miscere tristibus. Quid autem acerbam uideri potest, cuius à communitate,  
 cōditio tibi cū omnibus est cōmunitas? Repete cogitatione  
 & ueteres ex recentes annales. Quem tu regē, quem du-  
 cem, quē clarum virum ab hoc suo fortunæ ludo immu-  
 nem fuisse cōperies? Quoties illa è domino seruum, è rege  
 captiuum, è cōsule rhetore, è triumphatore exulem, ex pa-  
 triæ cōseruatore hostem patriæ fecit? Quid unquam ha-  
 buit Gracia Alcibiade uel generosius, uel fortius? At hic Exempla Gris  
cum.  
 ubi splendore suo inuidiā suscitasset, ex ea Republ. quam  
 multis uictorijs illustrasset, in exiliū electus est. Aristides  
 ob inuidiā, quod ob morū incorruptam integritatē uigo-  
 Iustus cognominaretur, ostracismo damnatus solum uer-  
 tere iussus est. Quid Phocione iustius? at hunc etiā uene-  
 num bibere coēgit. Quid Socrate castius? at huic sua vir-  
 tus exitiū attulit. Quid de Scipione dicā? quid de Bruto,  
 quid de Catone, quid de Cicerone, qui ea Republ. carere  
 compulsi sunt, quam magno suo periculo ipsi seruassent?  
 At quanto animo sapiētissimi utri, ciuiū iniurias tulerunt?  
 Nemirum intelligebant uirtutē suam, & gloriā bene ge-  
 stis partam, nō in ingrata patria residere, sed unā in exi-  
 lium comitari. At frustra suam operam in ingratisimos  
 ciues contulerant. Minime. Quid ita? quia non ut in pa- Sobie  
tria senescerent, ea pericula suscepserant, sed ut eternam  
sibi famam compararent. Exules tamen erant. Minime.  
Quam ob rem! Nam enim pro patria habere desierant, in  
quatalibus viris locus non esset. Vbicunq; bene sumus, in  
patria sumus. Quare non magno eius desiderio teneban-  
tur, ubi minus tutē, quam in exilio siue domi intellexerat.

Numidico Metello, qui ob summan animi cōstantiam eiē  
elus erat, quum in spectaculo sedenti, literē reuocationis  
redderētur, ne aperiēdas quidem pntuit, ante quam ludi  
suirentur. Et Metellus quidem Roma negligenter plane  
carebat, sed Metello Roma carere non potuit. Quam ob  
rem nō poterat? quia cuius prēsentis animi magnitudine  
cives inuidi cruciabantur, eius absens industriam requi-  
rebat. Ille uero exulem se esse non meminit, ne affūlum  
quidem aut misérū putabat. Cur ita? Ni mirum persuasum  
habebat eos, qui rem exilio dignam admitterent, miseros  
esse eos uero, qui ob uirtutis inuidiā exularent, non sup-  
**T**réu. plicum, sed glorię materiam accepisse. Secundis enim in  
rebus animū magnum obtinere nō magni negotij est. At  
sæuiente fortuna, animo nō frangi, sed æquabilem mentis  
Collectio, statum tenere, id uero longe pulcherrimum putatur. Tu  
uero quum sis istis uiris, neq; rerum usu, neq; animi ma-  
gnitudine inferior, literarū etiā peritia superior, strenuos  
**A**llégoriz. gubernatores debes imitari, qui quum maxime aduersa  
tempeslas incumbit, tum minime à clavo discedunt. Neq;  
enim magni artificij est tranquillo mari, uentisq; ferenti-  
bus, rectum tenere cursum, sed e gregium nauclerum tem-  
pestas arguit diuersa. Et quoniam mare ingressis uenti  
in manu non sunt, ijs, qui contigerunt, æ quo animo uten-  
dum erit. Adde fieri nō unquam, ut uenti nimium secun-  
di plus periculi adferant, quam aduersi: cogunturq; plus  
æ quo turgentia uela cōtrahere. Rebus enim plus satis ex-  
sententia procedentibus, facile præcipites in exitium fe-  
rimur: aduersis uero, ut cautiōres, diligentioresq;, ita tu-  
iores non unquam sumus.

Q 84 prop

*Quapropter cordatis uiris fortune fauorem semper Concluſo,  
ſuſpectum eſſe uideo, quæ tum maxime iuſſidiatur, quum  
blanditur maxime. Huic ego te rationibus facile coſfirmas-  
ſem, (quāquam quāde eſi Hercule uelle conſolari?) niſi  
iam certa de reditu tuo ſpes omnium tuorum animos ob-  
tineret. Tu fac, ut animi uirtutem domi, bellisq; ſpectatam  
in iſta interim palearia parem obtineas. Mibi liberorum  
tuorum negotia tantæ ſunt cure, ut ne tibi quidem ipſi  
maiori eſſe poſſint. Vale.*

*Quāquam autē orbitati, & exilijs potiſſimum adhi-  
beri ſolet conſolatio, tamen licebit & alia themata cōmi-  
niſci uarijs de rebus, que moleſtiam adferunt: ueluti de  
morbo corporis, de ualeſtudine parū proſpera aut firma,  
de ſenectute, de parū bonis auibus contrac̄to matrimonio,  
cuius fruſtra pœnitit: de monachali iuſtituto: de ſacerdo-  
tio, aut alio uitæ genere, cuius tædet eū, qui ſeſe addixit:  
de generis iuflicitate, de conditionis humilitate, de pau-  
pertate moleſta, de inuidia, de rebus aliquo caſu creptis:  
de beneficijs penes ingratum hominē depositis: de liberis  
improba uita debonetiātibus parentē: de peſtilētia, de bel-  
lo, ceterisq; innumeris. Nā bos ueluti fontes uifum eſt in-  
dicare preceptoribus, unde ſumant ſubinde nouū thema.*

*Subijcīcimus & alterum exemplum. Antonius Sueque-  
tus amuſit filium optimæ ſpei adolescentem. Hunc conſo-  
latur amicus.*

*Aliud exemplum conſolationis.*

*Q*uām acerbū uulnus ex adolescentis optimi deceſſu  
pater acceperis Antoni clarissime, equidē ex meo  
ipſius dolore facile conieeturam facio. Quare uehemēter  
ſim

sim inhumanus, si parentem in tam tristi casu lugere uerum, cum alienus ipse non queam non lugere. Impudens autem meritò uidear, si tuo dolori parentem mederi, cum ipse

**Transitus ad argumentatio-**  
nem. **mibi medico sit opus: siq; patri coner lacrymas absterge-**  
**re, cum ipse lacrymarum nullum adhuc modum facere**  
**possim. Quanquam enim hoc fortunæ telum, paternū pe-**

**Argumentatio.** **ctius altius ferire debuit, tamen illud tibi præstare solet sin-**  
**gularis quædam sapientia, ut omnis casus humanos, non**  
**solum forti & infarto, verum etiam alacri perfras an-**  
**imo. Proinde tibi consiles oportet, ut animi dolorē, omni-**

**Ratio.** **no iustissimum (quis enim neget?) si nondum potes abi-**  
**cere, certe premas, ac modereris. Cur autem non etiā abi-**  
**cias? uidelicet, ut quod ab idiotis impetrat paucorū die-**  
**rum spatiū, id à sapientissimo viro impetrat ratio. Nam**  
**quæ matricula tam impotenter filij mortem luget, cui dies**

**Exemplum Mat?** Nusquam animo deiici, sapientis est. At in his casibus,

**tempor.** quibus omnes ex æquo maximi pariter ac minimi sumus

**Mitigatio mali**  
**comunitate.** obnoxij, dolere immoderatus, extrema uecordia mibi ui-

inter tam densa senum ac iuuenum funera, grauius discru-  
cietur animo, perinde quasi soli nouum aliquod, ac ma-  
gnum malum acciderit, quasiq; unus tanquam albae, quo d-  
aiunt, gallinæ filius, extra publicam deam statui postuleat:

**Quas ob res sapientissimi legum conditores**, ut lucrum Ab autoritate,  
aliquem parentū affectibus indulgent, ne uidelicet, à qui-  
buslibet ἔργοις illam exigere uideantur, à nonnullis  
etiam Stoicis damnatam, ita eum modicis sanè finibus cir-  
cunscripterunt. Siue quòd intelligerent, in id genus casi-  
bus, qui cum omnium sunt cōmunes, tum uero non fortu-  
næ iniuria, sed ipso naturæ cursu atque ordine inducun-  
tur, breuem moerorem sufficere: uel, infirmioribus, utpote  
natura, mulius quo d inflxit, leniente, sensimq; cicatricem  
obducente: siue quia perpendent, dolorem nō solùm in-  
utilē esse ijs, quibus impeditur, uerum etiam pernicio-  
sum ijs, à quibus sumitur, grauem ac molestum amicis ac  
familiaribus, uiteq; socijs.

Iam uero, si quis rem recta reputet uia, an non demen-  
tiae species esse uidetur, ultrò malum malo addere: & cùm  
fari iacturam nulla ratione sarcire posis, tamen ultro tibi si ne-  
perniciem accersere? Perinde ut si quis ab hoste, nonnulla  
facultatum parte spoliatus, quicquid reliquū est, id unne  
iratus in mare deiiciat, adq; eum modum fortunam suam  
deplorare se se p̄adicet. Quod si nos parum mouet Mi- Exempla,  
mus ille nobilis, & quo uis etiam philosopho dignus, Fe-  
ras, non culpes quod mutari non potest, certe Davidis sa-  
pientissimi regis exemplum pulcherrimum in mētem pe-  
niat: cui simul atq; pueri, quem ten errime diligebat, mors  
est nunciata, cōfessili solo erexit se se, puluerem abstierit,

clicem



cilicium abiecit, deinde lotus & unctus, multu mutato, da  
cris ad epulas acceſſit. Id factū admiratibus anūcīs, Quid  
eft, inquit, cur me iam conficiam dolore? Nam antebac,  
ut eunq; ſpes erat fieri poſſe, ut meo luctu flexus Deus, in-  
funtem ſeruaret: nunc nullis ille lacrymis ad nos reuocari  
poſteſt, nos ad illum breui properabimus. Quis tam de-  
mens ut cui quam ſupplex eſſe uelit, quem certo ſciat pre-  
cibus non commoueri?

A ſimili.

At morte nihil inexorabilius, nihil  
ſurdius, nihil rigidius. Arte mansuſcunt ferre uel immo-  
niſime. Eſt quo frangatur marmor: eſt quo molleſcat ada-

mas, nihil eſt quo mortem delinias. Ea nec firme parcit,  
Exempla im- nec opibus, nec etati, nec imperijs. Atq; ob idipſum aqo  
paria.

re ferēda animo, uel quōd ineuitabilis, uel quōd tam ex e-  
quo cōmuniſ omnibus. Iam uero quid ego tibi recenſere  
pergā tot ethniſorum exēpla, qui ſuorum interitum ex-  
celſo inſraſtoq; rulerint animo? A' quibus animū fortitu-  
dine ſuperari Christianos, non ne turpiſſimum uideatur?  
Nunc tibi ſuccurrat nobilis illa, meritoq; literis omnium  
celebrata Telamonis & Anaxagorae uox: Sciebam me ge-  
nuiſſe mortalem. Succurrat Pericles Atheniensium dux,  
non tam eloquentia, quām animū fortitudine celebris: qui  
cum intra quatriduum duobus mirificis adolescētulis or-  
batus eſſet, ſolito uultu, atq; adeo coronatus, etiam in con-  
cione diſcernit. Succurrat Xenophon ille Socrate prece-  
ptore dignus: cui cum inter ſacrificandum, mors filij eſſet  
nunciata, coronam modò depoſuit, atq; eandem mox repo-  
ſuit, ſimilatq; fortiter in acie cecidiſſe cognouit. Succur-  
rat Dion Syracusanus, qui cum in amicorū confeſſu non  
nihil agiaret, ac ſubito tumultu in aedibus coorto ſcisci-  
tatuſ,

tatus, quid esset rei, didicisset filium de tegulis lapsum interisse, nihil commotus, iussit extinti corpus mulieribus rite sepeliendum tradi, se se quod instituerat, non omissum. Hunc imitatus Demosthenes, amissa filia charissima, atq; unica, septimo ab eius obitu die coronatus, et candido uestitu ad populum prodijt. Cuius facti et fidem confirmavit, et illustrauit gloriā Aeschini inimici criminatio. Succurrat rex Antigonus, cui cum nuntiatum esset, filium in extraordinario cōsultu cōcidisse, paulisper cunctatus, et intuens eos qui renunciabant, magno quidem animo, Scro, inquit, interisti Alcyoneu (nam id erat filio nomine) qui tam temere in hostes te conieceris, neque tuæ salutis, neq; meorū memor monitorum. Quod si Romana te magis capiunt exempla, respice Puluillū Horatium, cui Capitulum dedicanti, cum nuntiatum esset, filiu nita defunctum esse, nec manum a poste removit, neq; vultum a religione ad priuatum dolorem flexit. Respice Paulum Aenaliū, qui intra septem dies duobus amissis filijs, progressus in concionem, ultiro populo Romano gratulatus est, quod publicam fortunæ inuidiam, domestico luciliu redemisset. Cogita Qu. Fabium Maximum, qui cum filium consularem, et egregijs clarum gestis amississet, consul in concionem prodijt, et encomium filij recitauit. Intuere Catonem Censorium, cui cum filius natu maior obiisset, singulari ingenio, summa uirtute inuenis, ad hæc prætoriam designatus, nihil tamen hoc casu cōmotus est, ut Reipublicæ negotia segnius administraret. Occurrat Marcius cognomento Rex. Is cum filium summe picturis, magna spesi, postremo unicum amississet, orbitatē suam adeò

infra

infracto tulit animo, ut statim à rogo immensis curiam pete-  
ret, ac senatum legis ferende causa euocaret. Occurrat L.  
Sylla, cui filii et mors, nihil omnino accerrimā illius in hostes  
uirtutem contudit, nec efficit, ut falsò sibi Felicis cognō-  
mentū usurpasse uideretur. L. Bibulus postero statim die,  
quām utrungq; filium interfectum cognonit, ad solita offi-  
cia processit in publicū. Huius collega C. Cæsar, cum Bri-  
tanniam peragraret, & filię mortē didicisset, tamen intra  
tertium diem imperatoria obiit munia. M. Crassus in Par-  
thico bello, cum filij caput pīo pīfixū conficeret (nam  
id hostes Iudib[us] causa propius accedentes ostentabant,  
conuictijs etiā exasperantes calamitatem) usq; adeò nō est  
animo consternatus, ut repente per omnes ordines equo  
circumiectus clamaret, suū hoc malum priuatim, ceterum  
publicam Reip. salutē in militum incolumitate sitam esse.  
Atq; ut omittam exemplorū agmen, Gallos, Pisones, Sce-  
uolas, Metellos, Scauros, Marcellos, Ausfidios, Claudius  
Cæsar cum eum anūsisset, quem & genuerat, & adopta-  
uerat, ipse tamē pro Rostris laudauit filium, in conspectu  
posito corpore, interiecit tantummodo uelamento, quod  
pontificis oculos à funere arceret, & flente populo Ro-  
mano solus nō fleuit pater. Atq; ut hos quidē imitari pule  
chrū, ita turpiissimum sit, non p̄fſtare uiros cum animum  
quē fœminæ p̄fſtiterūt. Cornelia duos filios, Tib. Grac-  
chum, & C. Gracchum, & occisos uidis, & insepultos.  
At consolantibus amicis, ac nusquam dicentibus: Nun-  
quām, inquit, non felicem me dicam, quæ Gracchos pepe-  
ri. Sed quid nos bēc ex prisorum annalibus repetimus?  
Tristius. Quasi uero non quotidiana uita, satis exemplorum sup-  
peditet?

peditet! Circūspice uicinos, circūspice cognatos & affi-  
 nes, quot reperies etiam mulierculas, quæ mortem libero= Ab extenuatio  
ne commoda x-  
missi.  
 rum moderate ferant? Instantum non opus est ad hanc  
 rem, magnis philosophia præsidis. Nam si quis modo  
 secum animo reputarit, quam calamitosa sit hec nostra  
 omnis uita, quot periculis, quot morbis, quot casibus,  
 quot curis, quot incommodes, quot uitijs, quot iniurijs sit  
 obnoxia: quam exigua pars eius nobis abeat non dicam  
 cum uoluptate, sed non aliqua ægritudine cōtaminata: de=  
 inde quā m̄ fugax etiam ac præceps, propemodum etiam  
 gratulabitur ijs, qui maturius eam reliquerint. Breuitatem  
 grauiter expressit Euripides, qui uitam mortalium, diecu= lā  
 lam unam appellat. Sed melius Phalereus Demetrius, Eu= v  
 ripidem castigans, qui eam non potius temporis pun= lā  
 etiam dixerit. Optime uero Pindarus, qui uitam hominum,  
 umbræ somnium appellat. Res duas maxime nibili con= lā  
 iunxit, umbrā & somnum, ut planè quam sit inanis hec  
 uita, demonstraret. Porro quam eadē sit calamitosa, pro= lā  
 be perfexisse uidentur antiqui poëtae, qui mortalium ge= lā  
 nus, non alio epitheto rectius insigniri posse iudicarunt,  
 quam si eos, πιθηκούς τοὺς δακεῖς, id est, calamitosos &  
 miseros, cognominarent. Nam prima pars eui, que qui= lā  
 dem optima putatur, sese nescit. Medianam protinus nego= lā  
 ciorū tumultus, cureq; excipiunt. Extremā morbi ac se= lā  
 noctis occupat, ut de felicissimis interim agamus. Quis  
 igitur non optimo iure probet illam Sileni sententiam:  
 Optimum esse non nasci, proximū quam ocyssime abole= lā  
 ri? Quis non approbet Thracum institutū, qui nascentes,  
 luctu lamentiq; excipiunt, rursum excurrent ē uita, gaue  
dio,

dio, gratulationibusq; prosequi solent? Quod si quis ipse  
 sibi narret, quae suis auditoribus solitus est Hegesias, is  
 & suam mortem optabit potius quam borrescat, & sae-  
 Confusio. rum obitum equissimo feret animo. At obsecrit interim  
 paternus dolor. Ante diem perijt, perijt adhuc ephebus,  
 perijt optimus, ac singulari pietate filius, utraq; longissi-  
 ma dignus. Queritur naturae uices inuerti, quod filio pa-  
 ter, iuueni senex superstes sis. Sed obsecro te per deum im-  
 mortallem, quid tandem appellas, ante diem? Quasi uero no-  
 tunusquisq; uitæ dies & supremus esse posse. Alius inter  
 A finitione. materni latebras uteri, uix dum homo præfatur, & in-  
 ter fingentes adhuc naturæ manus intercidit. Alius dum  
 nascitur, aliis dum uagit in cunis abripitur. Alius in ipso  
 statim eui store, uix dñi percepto uitæ sensu, perit. Ex tot  
 hominū malib; quam paucis datum est ad senectæ limen;  
 quē admodum uocat Hemerus, perlingere! Hac minurum  
 lege deus animam in huius corpusculi præsidio constituit,  
 ut quocunq; die, quoctūq; momento iuferit decadere, pro-  
 tinus inde sit exequendum. Neq; uero quisquam ante diem  
 euocari sibi uideti posse, cū nali sit certus dies prescri-  
 ptus, sed is deum legitimus est dies, quēcunq; imperator  
 ille noster supremū esse uoluerit. Nos si sapimus, unum  
 quemlibet perinde ut supremū oppriemur. Quanquam  
 in tanta uitæ breuitate, fugacitateq; quantulum quo se re-  
 collatio. fert, paulò scrius, an maturius eximaris? Neq; cuim magis  
 interesset uidetur, quam cum plures ad capitis supplicium  
 ducuntur, prius, tertius, an octauus seriaris, nibil eni-  
 mox serendus. Quid enim aliud ipsa uita, quam perpe-  
 tuus quidā ad mortem cursus? Nisi quod commodius cum  
 his

bis agitur, qui à tum laboriosa uita functione maturius  
dimittuntur. Verum ut amentis est, iniussu imperatoris è Collatio-  
castris excedere: ita stulti atque ingrati, missionem à duce  
celerius datam, non libenter amplecti. Maxime si iam non  
sine Laude discedat, qui dimittitur, siq; ad præmium, non  
ad ignominiam auocetur. Neque enim conuenit æui spes  
tum sollicitijs metiri. Reple factus æstimanda est ætas: ut  
is diu uixisse putetur, non qui plurimos annos ἀνώνυμος  
ἀχειρό-δρουψης, ut inquit Homerus, terram preßit, & nu-  
mero addidit, sed qui gnauiter peracta uite fabula, bone-  
stam sui memoriam posteris reliquit. An quereris, quòd fa-  
tim tibi tales filium dederit deus, qualè optasses post an-  
nos multos euadere? Quid quòd nec usq; adeò præma-  
ture defunctus est noster adolescēs? Iam uigescimus atti-  
gerat annum, qua quidem ætate, mea sententia, optimum  
est mori, quia uiuere dulcissimum. Iam patriæ ciuem bo-  
num, iam patri filium pium, iam æqualibus conuictorem  
incundum, denique superis bonam & integrum mentem  
præstiterat. Decepit uitiorum ignarus, calamitatum im-  
peritus. Porrò quid allatura fuerit uita longior, incertum.  
Certe plerūq; fieri uideamus, ut posterior ætas, & gra-  
uioribus uitijs adolescentie puritatem inficiat, & pluri-  
bus calamitatibus iuuentutis felicitatem contaminet. His  
omnibus seu malis, seu periculis illum mors cito subduxit.  
Nunc deniq; tutò gloriari potes, te filium optimum ha-  
buisse: uel habere magis. Sed habueris tantum, non ha-  
beas etiam. Vtrum potius æquum est discruciar te, quòd  
anusciris, an gaudere, qui tales habueris? Vide ne pae-  
rum grati sit animi, meminiſſe repetiti muneris, non me-

minisse dati. Magnum projectò munus , filius pius, sed ius  
 datum , ut ad tempus fruereris , non ut perpetuò tuum  
 esset. Sie enim tecū cōsidera uir sapientissime , imò sic pa-  
 riter consideremus. Si quis princeps , summi precij , sum-  
 meq; artis tabulam nobis dediſſet utendam , utrum eam ,  
 quandoq; collubitum fuerit reposcenti , sereno uultu  
 reddenuis , gratias insuper agentes , an tristes ad hunc mo-  
 dum cum eo expostulabimus ? O' te crudelē , quām pre-  
 cioso munere nos ſpoliaſſi , quam tam uoluptatem nobis  
 ademisti , quām eito rem tam egregiam nec opinantibus  
 eripuisti : non' ne is optimo iure , tam ingratissimis querimonijs  
 ad hunc responderit modum ? Hoccine præmij pro meo  
 officio reporto ? Ita'ne nihil meninisti , niſi hoc tantum ,  
 quòd bellissimam tabulam amisiſſis ? Exeedit animo , gra-  
 tis & ultro commodaſſe me : uos tot iam dies , mea beni-  
 ginitate pauiſſe oculos , animum oblectaſſe : quòd dedi , be-  
 nignitatis erat : quòd reproſco , meo iure facio . Vobis ali-  
 quid ex me lucri fuit , iacturæ nihil fuit , niſi quòd uestro  
 uitio id eſſe proprium fingebatis , quod erat commoda-  
 tium: proinde perire uobis uidetur , quod repetitur. Imò  
 apq. omnia. quòd pretiosior , quòd iucundior ea res fuit , quam utendam  
 permisi , hōc magis atq; magis nubi debetis. Nec ante te-  
 pui repetitum uideri oportet , quod citra iniuriam pote-  
 rat non committi. Hec ratio ſi nullo pacto refelli poterat ,  
 cogita quanto iustius natura dolorcm ac querelas noſtras  
 huiusmodi ſermone poſſit reprehēdere. Atq; his nimirum  
 rationibus , dolorem noſtrum leniri conueniebat , etiam  
 si mors totum hominem tolleret , neque quicquam noſtri  
 Transiſſus. poſt funus ſupereſſet. Nunc ſi saltēm hoc credimus , de quo  
 nihil

nihil addubitauit Socrates ille Platonicus, uidelicet hominem ipsum animi esse, corpus hoc nihil aliud esse, q̄ animi uel organū uel domiciliū, aut ut uerius dicā, sepulchrū & carcerē, unde cum enterferit, tum demum sui iuris esse, multoq; q̄ antea felicius uiuere, quid est quod mortem incusimus: quandoquidem usq; adeo nō perit ille qui moritur, ut tum demum nasci videatur potius! Et nobis animo frui licet, quod oculus non cernimus: nihil secius q̄ amicis absentibus cogitatione frui solemus. Et haud scio an aliquatō suauius, quam si eos corā oculis cōspiceremus: propterea quod corporū coniunctus, nō raro nobis offendarum materiā cōsuevit ministrare, & cōsuetudinis assiduitas, amicitiae incūditatē nōnihil innūnere. Eius rei si desideras exemplū, an non sat arguento sunt apostoli, qui tum demū uere frui Christo, uereq; amare cōperūt, posteaquam illis corporea præstia fuisse adēptas? Sic est profectio: bonorum amicitia, animorū, non corporum coniunctione cōstat. Qui uere amāt, animos amāt, non corpora. At animorū copulā, nulla uis, nulla tēporum, nulla locorū intercapedo potest dirimere. Porro nimis quam puerile est, amicū iam perisse putare, simulatq; sub oculis esse desierit. Tu quoties libebis, filium tibi cogitatione, sermonib⁹q; præsentē reddes. Ille uicissim tui meminit, sentitq; penitus animi tui affectus, nōnunquā & in somnis occurrabit patri: & arcanis quibusdam modis animus utriusq; se se cōpletentur, & cōfabulabūtur. Quid autē probabet, quō minus iam nunc imagineris cum illo te uiuere, qui cū paulo pōst es uictorius? Quātulū enim est hoc omne quod uiuimus? Sed hactenus ipsi remedijs sum usus, quibus cum

*Exaggeratio ethnico quolibet agere poteram. Nunc quid pietas, quid  
in fidione.*

*Christiana fides à nobis impetrare debat, paucis conside-  
remus. Nam primum si maxime misera mors esset, tamen  
oportebat boni consulere, quod nulla via corrigi poterat.  
Rursum si totū extingueret hominē, & quius tamē frēda,  
quod tot buius uite calamitatibus finem imponat. Porro si  
animum originis æthereæ, graui corporis ergastulo libe-  
rat, propemodum etiā gratulandum ijs, qui è uita decesser-  
rint, & in felicē illā libertatē postliminio redierint. Nunc  
uero cum haud dubie pias animas ex buius uite procel-  
lis, ad immortalitatis portū trāsmittat, ac ne pilum quidem  
hominis perimat, quippe corporibus quoq; ad eādem im-  
mortalitatē aliquando reuocādis: utrum quæso lugere, an  
magis gratulari cōueniat ei quem ex hoc turbulentissimo  
uite pelago, in tranquillā illam immortalitatis stationem,  
mors matrā transuexerit? Agè paulisper buius uite (si  
modo uia est appellāda) sordes, crūnas, pericula in unum  
cōgere. Rursus è diuerso eius uite cōmoda, que pios hinc  
ereptos manent, cōponit: & facile uidebis, hoc homine ni-  
bil esse iniustius, qui summū bonum, ad quod unum nati,  
cōditiq; sumus, perinde quasi maximum malum deploret.  
Orbū te clausus, cum filiū cœlo genueris, cuius ceu numi-  
nis cuiusdā memoriam, ut sacro sanctā uenerari possis: qui  
cœlitus tui curam agens, res tuas ceu dexter aliquis Deus,  
bene fortunare ualeat. Neq; enim ille, aut non sentit res  
mortaliū, aut solita in patre pietatē unā cum corpore des-  
posuit. Vixit profectò, mihi crede, vixit ille, adestq; præ-  
sens nobis: & hoc ipsum nostrū colloquiū audit, sentitq;,   
ac fortissim hunc ipsum luctum nostrum ridet, ac damnat.*

*Quod*

Quod ni corporum horum moles obfisteret, fortassis et  
 audiremus cum lacrymas nostras huiusmodi dicitis in-  
 crepantem: Quid istibuc est quod agitis? Quid senectu-  
 tem uestram inutili, ne dicam, amenti luciu conficitur?  
 Quid iniquissimus queritoris, fatum, fortunam, mortem  
 in ius trahitis? An mibi ex istius uite malis exemplo, et  
 in hanc felicitatem eucto inuidetis? Sed bona uerba. Non  
 inuidet nec pateria pietas, nec amicitiae candor. Verum  
 quid aliud sibi uult ista comploratio? An lacrymis di-  
 gnuni censetis, quod e seruitute in libertatem, de aeternis  
 ad felicitatem, de caligine in lucem, de periculis in  
 tutum, de morte ad uitam, de morbis ad immortalitatem,  
 de tot malis ad summum bonum, de caducis ad aeterna,  
 de terrenis ad coelestia: denique quod ab hominum collu-  
 sie, ad angelorum contubernium sum traductus? Iam  
 appello uestros istos animos. Quæso per uestram in me Fiâlos  
 piestem, si uobis esset in manu me ad istam renocare ui-  
 tam, num esse ruocaturi? At quo tandem flagitio tan-  
 tum odium concurvit? Si renocare nolitis, quorsum attinent  
 istæ querelæ, non solum inutiles, ut dixi, uerum etiam in  
 piæ? Porro nisi me immortalitas iandudum omnis doloris  
 expertum reddidisset, ego uicissim uestras istas lacrymas,  
 alijs lacrymus deficerem, et tam crassam animu uestri calie-  
 ginem commiserarer. At nostram ipsorum uicem ploramus  
 inquitis. Verum istibuc sancte bandamantum est, sed ad se se  
 respicientium, et uel alieno incommodo suis rebus consulere  
 uolentium. Sed age, quid tandem istibuc iacturæ est, quod  
 nica mors uobis attulit, an quod conspectu meo frui non  
 licet? Atqui nibilo secius interim memoria nostri frui  
Contraria.  
Confessio.

licet, tanto quidem felicius, quanto tutius. Nam existimare  
me malis omnibus præceptum, quecumque in uita homini  
possunt accidere, & quorum magnam partem uestra ui-  
uacitas experta est. Non est qui uobis obsequium exhibe-  
beat, sed est qui apud Deum Opt. Max. pro uestra salute  
patronum agat, ut sedulum, ita & efficacē. Deniq; quan-  
tulum hoc momenti est, quod nostram dirimet consuetu-  
dinem? Vos modo pro uestra uirili date operam, ut pie  
peracta uite fabula, mors dignos reperiatis, qui huc tra-  
ducamini. Hec, in quam, si nobis loqueretur filius, non ne  
meritò nostri luctus nos pudesceret? His fermè rationi-  
bus, animū mei uulnus lenire soleo, que tibi cōmuniā fa-  
cere uolui, non quòd his remedij magnopere egeres,  
sed arbitratus sum congruere, ut qui cum nūhi luctus esset

**Epiologus.** communis, cum eodem & consolationem communica-  
rem. Ceterum ut que fusiū disserita sunt, in epilogum  
contraham, hoc pacto effervescentem animi tui dolorent  
coērcebis. Mortuus est filius, gēnuerat mortalem. Tan-  
to, inquis, bono priuatus sum: reddidisti ei, qui gratis de-  
derat. Grauis orbitas: levius ferendum, quod aliquā sa-  
ciri potest. Patrem destituit. Quid prodest flere, quod  
mutari non potest? Aut cur anxie deplores, quod tibi  
cum tot hominum mīlibus commune est? Sed interitum  
filij non possum non flere. Quiduis potius quam perit,  
qui bene moritur. At occubuit immatura morte: nulla  
mors non matura recte morienti. Ante diem uiuere de-  
sīt: nullus cuiquam certus mortis dies. In ipso æui flore  
extinctus est: tum optimum est mori, cum uiuere est sua-  
nißimum. Obiit adolescens: hoc pluribus uite malis sub-  
ductus

ductus est. Optimum amisi filium : gaudet quod talem habueris. Innocens est uita decessit : nulla mors magis optanda, minusque deploranda est. Sed interim filio frui non licet : at animo licet, et mox ipso totu[m] fruoris. Si quid nouisti rectius istis, candidus impetrif[er]i: si non, bis utere mecum. Ac bene uale, quod quidem uult etiam ipse filius.

## Sylua.

**Q**uapropter hoc te primum rogo, ne contrahas, aut Cicero demittas animum, ne ue obrui, tanquam fluctus, sic magnitudine negotij sinas, contraque erigas, ac resistas, siue etiam ultro occurras negotijs. Nullus dolor est, quem non temporis longinquitas minuat, atque molliat, et cui non callum obducatur. Homines nos esse meminerimus, ealge natos, ut sub telis fortunae proposita sit uita nostra. Neque esse recusandum, quo minus ea, qua nati sumus conditione, uiuamus : ne ue tam grauiter eos casus feramus, quos nullo consilio uitare possumus. Eventisque aliorum memoria repetitis, nihil accidisse nobis noui cogitemus. Homines sapientes, turpitudine, non casu et debicto suo, non aliorum iniuria communaueri debent. Conscientiam rectae voluntatis, maximam consolationem esse rerum incommodearum, nec esse ullum magnum malum praeter culpan, memineris.

Est omnino difficile, non grauiter id ferre, sed tamen animos nostros maximis in rebus gerendis, et sustinendis exercitatos, frangi et debilitari molestia non oportet. Quoniam molestissime homines ferre debent, que ipsorum culpa contracta sunt.

**T**u fac animo magno, fortiisque sis, sferesque fore, ut frater Cicero. Go impetu levissimi hominis, tuam pristinam dignitatem

Cic. epist. fam. & gloriā consequaris.

Me in summo dolore, quē in tuis rebus capio, maxime  
scilicet cōsolatur spes, quod ualde suspicor fore, ut insinuat  
gatur hominū improbitas, & cōsilijs tuorum amicorum, &  
ipsa dīc, qua debilitantur cogitationes, & inimicorum, &  
proditorū. Facile secundo loco me consolatur recordatio  
meorum temporum, quoruū imaginem video in rebus tuis.

Lib. iiiij. epistola, Vehementer te esse solicitum. Eodem,  
epist. Posteaquam nubi. Eodem, Neq; monere te audeo.

Reliquum est, ut consoler, & afferam rationes, quibus  
te à molestijs coner abducere. At ea quidem facultas, uel  
tui, uel alterius consolandi, in te summa est, si unquam in  
ullo fuit. Itaq; eam partē, que ab exquisita quadā ratione  
& doctrina proficietur, nō attingā, tibi totam relinquā.  
Quid sit fortis & sapiente homine dignam, quid granit, &  
quid altitudo animi, quid acta tua vita, quid studia, quid  
artes quibus à pueritia floruisse, à te flagitent, tu uidebis.

Extremum illud est, ut te horter & obsecrē, animo ut  
maximo sis: nec ea solam nieminoris, que ab alijs magnis  
uiris acceperisti, sed illa etiam, que ipse ingenio, studioq;  
peperisti: que si colliges, & sperabis omnia optime, &  
que accident, qualiācunq; erunt, sapienter ferre. Sed boc  
tu melius, uel optime omnium.

Quare non debes, aut propriam fortunam, aut precia-  
puam postulare, aut communem recusare.

Lib. v. epistola: Etsi unus ex omnibus, tota. Eodem, Etsi  
egomet, &c.

Sed ut illa secūda moderate tulimus, sic hanc nō solum  
aduersam, sed etiā funditus cuersam fortunā fortiter ferre  
debemus

debemus: ut hoc saltē in maximis malis boni consequamur, ut mortem, quam etiam beati contēnere debebamus, propterea quōd nullum sensum eſſet habitura, nūc ſic affecti, non modo contēnere debeamus, ſed etiam optare. Tu ſi me diligis, fruere iſto otio, tibiq; persuade, præter culpā ac peccatum quo ſemper caruisti, & carebus, homini accidere nihil poſſe, quod fit horribile aut pertinēſcendum.

Lib. vij. epistola. Et ſi ea perturbatio, &c.

Sin omnino interierint omnia, fueritq; is exitus, quem uir prudētissimus M. Antonius iam tum timebat, cum tun- tum inſtar malorum ſuſpicabatur: miſtra eſt illa quidem conſolatio, tali prefertim cini, & uiro, ſed tamen neceſſa- ria: nihil eſſe præcipue cuiquam dolendam in eo, quod ac- cidebat uniuersis. Que uis inſit in hiſ paucis uerbis ( plura enim coſmittenda epiftola non erant ) ſi attendes, quod facis, profeſſio etiam ſine meis literis intelliges, &c.

Ita enīt uiucre, ut non fit uiuendum, miſerrimum eſt: mori autē, nemo sapiens naſcrum duxit, ne beato quidem.

Sed in ea es urbe, in qua hec uel plura, & ornatiōra parietes ipſi loqui poſſe uideantur, &c.

Ego tibi hoc conſirmo, etſi leuis eſt conſolatio ex mi- ſcrijs aliorum, nibilo te nūc maiore in diſcriuine eſſe, quam queruſis aut eorum qui diſceſſerint, aut eorum qui remanerint. Alteri dimicant, alteri uilori timent. Sed hec conſolatio leuis, illa grauior, qua te uti ſpero, ego certe ntor. Nec enim dum ero, angar ullare, cum omni uacem culpa: & ſi non ero, ſenſu omnino carebo. Sed rurſus, Maenās ēt Aethēm, qui ad te hec.

Libro vij. cx epiftola: Noni quid ad te. Ab eo loco: Hoc  
loco

loco si uideor augere, &c.

Quod reliquum est, quando tibi uirtus, et dignitas tua  
reditum ad tuos aperuit, est tua sapientia, magnitudo-  
nisq; animi, quid amiseris, obliuisci: quid recuperaueris,  
cogitare. Viues cum tuis: viues nobiscum. Plus acquisui-  
sti dignitatis, quam amissisti rei familiaris: que tamen ipsa  
ejet iucundior, si illa ejet Respublica.

Lib. vii. ex epistola: Gratulor tibi mi Balbe. Ab eo loco:  
Nisi tamen placuit mi Balbe. Tua me calamitas uehe-  
menter excruciat, meis incommodis modice tangor.

Tu fac habeas fortent animum: quem semper habuisti:  
primū ob eas causas, quas scripsi: deinde quod ea de Rep.  
semper uoluisti, atque sensisti: ut non modo secunda spe=  
rare debeas, sed etiam si omnia aduersa essent, tunen con=   
scientia, et factorum, et consiliorum tuorum, quacunq;  
acciderent, fortissimo et maximo animo ferre deberes.

Quamobrem fac animo magno, fortioq; sis: et si turbis=   
dissima sapienter ferres, tranquilliora letē feras.

De reliquo, ut te saepe p literas hortatus sum, ita uelion  
tibi persuadeat, te in hac causa nihil habere, quod timēdū  
sit, preter cōmūnē casum ciuitatis: qui et si est grauiſſimus,  
tamen ita uicimus, et id etatis iam sumus, ut omnia que  
non nostra culpa nobis accident, fortiter ferre debemus.

Vacare culpa magnum est solarium, presertim cum  
habeam duas res, quibus me sustentem, optimarum artium  
scientiam, et maximarum rerum gloriam: quarum altera  
mibi uiuo nunquam eripietur, altera ne mortuo' quidem.

Libro ix. epistola: Delectauit me literæ tuae. locos  
habet consolatorios.

Ac ne sis perturbatus. Non enim te: & non ignoror, quām sit amor omnis solicitus, atque anxius. Sed res est, ut spero, non tant exitu molesta, quām auditu.

Sed ad hēc omnia una consolatio est, quōd ea conditio nati sumus, ut nihil, quod homini accidere possit, recusare debeamus.

Ex lib. ad Brutum, tota, & degans: Fungenter officio.

Ex epistolis Plini Secundi.

**Q**uibus ex causis necesse est, tanquam immaturam mortem eius in sinu tuo defleam: si tamen fas est aut fieri, aut omnino mortem uocari, qua tanti uiri mortalitas magis finita, quām uita est. Vixit enim, uiuetq; semper: atque etiam latius in memoria hominum & sermone uersabitur, postquām ab oculis recessit. Volo tibi multa alia scribere, sed totus animus in hac una contemplatione defixus est. Virginium cogito, Virginium video, Virginium iam uanis imaginibus, recentibus tamen audio, alloquor, teneo, cui fortasse ciues aliquos uirtutibus pares & habemus, & habebimus, gloria neminem.

Vt enim crudum adhuc uulnus, medentium manus reformidat, deinde patitur, atque ultro requirit: sic recens animi dolor consolationes rejicit, ac refugit, mox desiderat, & clementer admotis acquiescit.

Torqueor quōd discipulu, ut scribis, optime spei amissisti, cuius & ualeitudine, & morte impedita studia tua quid nesciam, cum sis omnium officiorum obseruantissimus, cumq; omnes quos probas effusissime diligas?

Iisdē nūc ego te quibus ipsum me hortor, moneo, confirmo. Et gaudū mibi, & solatū in literis: nihilq; tam letū, quod

quod his letius: nihil tam triste, quod non per hanc minus  
triste. Tamen in magna consolatione, ingēs est solicitude.

### Consolatoria sylua mea.

**V**ALET illa vulgi sententia, Vbi non sis qui fueris, non  
est quicquid uiuere uels. Quae si minus potest tota di-  
splicere, cogita non tantum qui nuper fueris, sed qui olim:  
neque tantum obuersetur animo tuo, uide cecideris, sed  
etiam unde surrexeris.

Absit à uero muliebris illa nox, Dū mea me uictus doceat  
fortuna dolere. Imo te ratio reddat aduersus omnes uite  
casus inuictus, ut propellas animo dolorē, non ut affuecas.

Tibi recti conscientia, & bonorum iudicium placis  
esse debet quam inuidorum hominum sermo.

Magis te confirmare debet paucorum insignium, &  
probatisimorum bonum graue testimonium, quam  
incepti vulgi fabule.

Leuuis ista feres, si percipias animo, quid posterius  
de te loquutura sit potius, quam tuum seculum, cui luxor  
adinit iudicium.

Neque tantum de fortuna tua ademisse, quantum ad  
nominis tui gloriam addidiſſe emulorum tuorum iniuria  
mibi uidetur.

Non hic tui consolandi officium mihi sumpsi, quod dū  
minus magnifice de animi tui magnitudine sentirē, sed quē-  
admodū gubernatores optimi uim tempestatis, ita uiri for-  
tissimi fortune impetum superare interdum non possunt.  
Non me fugit, quam graue uidens accepitis ex uxoris  
obitu. Amisisti sc̄emnam singularis exempli, etiamsi pri-  
scis seculis uixiſſet. Quam illa marito uerecundia preſti-  
tit,

tit, quum ipsa summam mereretur: quam multas, quam eximissas virtutes, ex diversis etatibus, ex varijs matronis collectas, ac nuxtas una expressit? Tamen hoc tibi debet esse magno solatio, quod tantum bonum tandem possederis. Vixit enim tecum annes quadraginta quatuor, sine iurio, sine offensa. Sed hoc egrus fero, inquiet, quo tecum diutius. Nam gustata tantum uoluptates facilius obliuiscimur. At uide ne ingratia sit hominis, tantum cogitare quid amiseris, non meminisse quam diu fructus sis. Certe prudetiae tuae fuerit, non committere, ne hoc ualeat apud animum tuum ratio, quod alioqui necessitas ipsa, & dies longi, & satiens doloris inducit.

*Communis dolor.* Tu nepotibus, ego pronepotibus orbatus sum. Sed spero futurum ut alij uati, dolorem hunc gaudio mutant, quando salua est unde hoc sperare licet.

Multum ab istis dissentio, qui in graui dolore putant hominem sibi relinquendū, donec uulnus tempore mitius, medicam admittat manū. At ego quemadmodū primum arbitror, animum philosophie preceptis, aduersus omnes malorum in cursus, ueluti antidoto premunitum habere: ita proximum arbitror, statim repugnare dolori, ne ueluti morbus iam familiaris factus, nullis remedijs posse exigi.

Scribis dolorem, quem ex uxoris obitu cōcepas, non solum non leniri dic, sed in dies etiam incrudefcere.

Quò magis censeo uelut in ueteri morbo ad qualibet mutationis auxilia cōfugiendum. Sunt balnea, rusticatio, negotiorū cura, studia literarum, peregrinatio, spectacula, contētio cum aduersarijs, publici magistratus functio. Horum atq; his finalium, nunc hoc, nunc illud tentandum est.

est. Fortassis incides tandem in aliquid, quod aegritudinem  
istam animi uel sanet, uel ceu clavis clavum protrudat.

### Consolatio familiaris cum ob- iurgatione mea.

**T**E' ne sic angeli, sic animo iacere? Quorsum tandem  
attinet, ut te afflires, ut te lacrymus conficias? An ista  
malum lenient, an non potius exacerbabunt? Quorsum  
attinet tam miserere deplorare, quod mutari non potest? Vbi  
nunc est illa animi tui constantia? ubi litterae, quibus aliorum  
dolorem leuare consueeras? Alijs mederi potuisti, tibi ni-  
bil prodes. Ipse tibi nunc medicus sis oportet. Cur frustra  
te ipsum lacrymus, et annicos querelus examinas? Que  
est ista animi impotentia, que mollities? Num te uero esse  
oblitus es? Ita ne ista tam grauiter fers? quasi uero ista tibi  
uni contigerint, aut tanta sint, ut alijs non multo etiam  
acerbiora euenerint. Quid uel tuo animo, uel doctrina  
indignus, quam sic angeli, sic frangi, sic te ipsum abidere,  
quo modo ne mulier quidem ulla posset? Neque enim ui-  
deo quem fructum adferre possint inanes lacryme, et  
querimonie. Nam si eiusmodi malum iudicas, ut ad salu-  
tem reflecti nequeat, cur luctu duplicas incommodum? Si  
spes est, cur non ea potius te sustentas: atque id agis, qua  
ratione quam primum ex ipsis malis queas emergere? Si  
desperas, memineris illud, in istiusmodi rerum conditione  
bonum animum, dimidium adimere mali. Sin speras: cur  
perinde, tanquam in re desperatisima te maceras?

Audio te tam grauiter angeli, ut ex luctu, mentis etiam  
errore afficiaris. Deum immortalem quid tibi uis? Quin  
tu potius obduratis, ac scrupus te rebus secundis? Cur tu et  
amicis

*amicis lucrum auges, & inimicis uoluptatem præbes, &  
te ipsum indigne conficias?*

*Tu contra audetior ito, Quò tua te fortuna sinet.*

Ducunt uolentem facta, nolentem trahunt. Tu, dum ista  
te cōscientia, iste animus, ista uirtus, istae literæ, ista rerum  
gestarum memoria te comitabitur, eave te putas exulenti  
ubicunq; locorum, quo cunque sub coelo erit uiuendum,  
etiamsi ultra Getas relegatus esses. Sed quid ego sus Mi-  
neruan! Facit sanè non loquacitas mea, sed benevolentia  
longiores epistolas. Vale.

### Consolatio iocosa & familiaris.

**Q**uod te lacrymis conficias, non muror, qui puellam  
anseris, nondum totos sexaginta septē annos na-  
tum, idq; relicta dote satis opima. In hoc tibi scribere ni-  
sum est, ne doloris magnitudine uictus tibi manus adser-  
res. Priusquād extilles lacrymis, fac iuxta proverbiū,  
Viuorū memineris. Tua puella redibit nunquād. Alioqui  
matrē deflere uideberis. Mitto tibi strobolium, quo la-  
crymas extergeat, & succum medicum, quo lippitudini  
fletu cōtractae medearis. Clama te miserum, sed nunquād  
efficies, quin istam miseriān tibi complures inuidēant.  
Nisi desinis maccerare te, uereor ne populus in te iaciat  
con uitium illud: οὐδὲ περὶ μετρητῶν ταρποὶ στροφεῖ.

### Ad consolationem responsio.

**I**Am quibus modis respōdendum sit cōsolatori, res ipsa  
dabit cōsilium. Nam ferme gratias agimus primū pro  
officio, deinde laudamus ingenium, quod nibil adduci po-  
tuerit ad leniendum dolorem, quod ille non summa dicē-  
di facultate differuerit. Postremo quod illius & prudens,

& eruditis, & grauis, denique cum primis amica oratio,  
aut bona doloris partem nobis ademerit, aut totum ex-  
cuserit. Aut si no bis nō profuit illius consolatio, laudabi-  
mus animum, studium, & ingenium illius: quod tanquam  
bonus ac peritus medicus nullum nō remedij genus admo-  
uerit, sed arte maius esse malū. Aut ita respondebimus im-  
perioso consolatori: Facile, quam ualemus, recta consilia  
& grotis damus. Tu si hic sies, aliter sentias. Exemplo su-  
persedebinus, sylue nonnihil suppeditabimus.

Cic. ex famili. libro iiiij. Ego uero Serui. lib. v. Quan-  
quam ipsa consolatio.

Ad Atticum.

Vt inā illum diem uideā, cum tibi agam gratias, quod  
me uiuere coēgisti. Adhuc euidem ualde me pœnitet.

Sed te oro, ut ad me Vibonem statim uenias, quod ego  
multis de causis conuerti iter meum. Sed eō si ueneris, de  
toto itinere, ac fuga mea consilium capere potero. Si id  
non feceris, mirabor, sed cōfido te esse omnino facturum.

Quod me hortaris, ut firmo sim animo, uellem posse  
aliquid afferre, quam ob rem id facere possem.

Quod me ab hoc macrōre recreari uis, facis, ut omnia,  
&c. Sed me nahi non defuisse, tu testis es. Nihil enim de  
macrōre minuendo scriptum ab ullo est, quod ego nō do-  
nu legerim. Sed omnē consolationem uincit dolor. Quia  
etiam feci, quod profectō ante me nemo, ut ipse me per lis-  
teras consolarer, quem librum ad te mittam.

Consolari iam define, obiurgare uero noli. Quod quā  
facis, & ego tuum amorem & dolorem desidero, quem  
ita affectum mea cruxna esse arbitror, ut te ipsum conso-  
lari nemo possit.

Ad conso-

## Ad consolationem, mea.

Tua quidem oratio sperare me iubet, quod improbum  
sit etiam optare.

Vide ne me lacres inani ſphe, ne doloris uorsuram fece-  
ro, mox cum fœnore recursuri.

## De petitioria epistola.

Seruus enarrans locum, in libro Aeneidos primo, ubi  
Iuno supplex petit ab Aeolo, ut classem Acnes disi-  
ciat, indicat precipere rhetores in omni petitione qua-  
tuor seruanda esse: primum ut quod petimus ostendamus  
esse in potestate eius à quo petimus: preterea ut doceas-  
mus esse iustum quod petimus: deinde ut modum ac uiam  
indicemus, qua confici posit, quod petimus: deniq; ut se-  
quatur remuneratio. Hunc ordinē in petitionibus Vergi-  
lio fuisse perpetuum, uelut hoc in loco: Et mulcere dedit  
uentos, & tollere fluctus: ostendit facultatem. Mox: Gens  
inimica mihi Tyrrhenū nauigat æquor: declarat esse iu-  
stum. Iustum enim quicquid molimur in hostem. Rursum:  
Incute uim uentis, & disiice corpora ponto: modū aperit  
& uiam. Addit remuneracionem. Sunt mihi bis septē. Ac  
recte quidem Seruus & expedite. Nos tamen paulo cras-  
siore Minerua rem aperiemus. Primum, quoniam uaria est  
natura rerū, quae petimus: & magna est uarietas perso-  
narum, que rogant, aut rogantur, oportet et petendi ra-  
tionem esse uariam. Sunt enim quedam que fauorabiliter  
petimus à quoniis, ueluti cōſiliū: sunt que pudore suffun-  
dunt rogantē, ueluti quum petimus mutuum, aut rem pā-  
rum honestā. Igitur in genere duplex erit petendi modus,  
rectus, & obliquus. Vbi causa erit fauorabilis, aperte sua-

q = debimus

debimus esse præstandū, quod petimus: ubi secus, per insinuationem irrepemus in petitionē. Primum exagerantes, quāta nos circunstet necessitas, & quām magnum temolum sit necessitas, & quām inutilis pudor uero egēti: neque fugere nos, quām sit improbum, rem tantam ab eo petere, de quo nihil unquam simus promeriti. Post hec paulatim per cuniculos ostendemus, nobis non mediocrē spem porrigi ab insigni illius benignitate, qua solitus sit etiā ignorans & indignus opitulari: ob eximā ingenij bonitatem, ad subleuandas omnīū miseras propensi. Hic pudor nō uulgari ter cōmendat rogam, quemadmodum improbitas alienat animū. Nullus enim libenter in eum cōfert beneficium, qui ceu debitū flagitat, magisq; poscit, quām petūt. Profuit Hortensio, quod quān cuperet ex uxore Catonis Uticensis sustollere prolem, nō ipsam petiūt, sed illius filiā Portiā Bibulo nuptam, pluriunas interim causas adducēs, quare cuperet ex ea gente heredem. Ille cum respondisset se facile assensurū, si modo probaretur genero: tandem ueracunde subindicauit, se Martiam ipsius uxorem petere, cuius copiam facere, ip̄si esset in manu, qui maritus esset. Iam imprudens cōcesserat, quod petebatur. Itaq; persuaso Martie patre, duxit eam uxorem. Autor Plutarchus. Vbi nihil erit opus bac insinuatione, tamē eius à quo rem difficile petimus, benevolentia modis omnibus conciliabimus. A persona ipsius, cuius benignitatē quam erga ceteros, tum erga nos grata cōmemorabimus: dicemusq; nos ei cui iam sumus tot nominibus denūclissimi, uelle fieri denūcliores: a persona nostra testificatus, quāto studio semper illum coluerimus, quodiq; precipuā fiduciā in illo semper habuer

habuerimus: simul ostendentes hoc quod petimus, ut nulli nos libētius debituros, quā illi cui debemus omnia, ita nulli facilius esse prēstare. Quod etiam magis exponamus in explicando modo. Si qua crunt nostra in illum merita, ea summa cū modestia significabimus magis, quam cōmemo rabimus. A persona maiorū utriusque, si docebimus inter utriusq; parētes ueterem atq; arctissimā necessitudinē in- tereffisse, compluribus mutuis officijs hue usq; cultā, et cōfirmatam. A persona aduersariorū, si declarabimus no- bis esse certamen cum ijs, quos is etiā odit, à quo prēsidia poscamus. A re, si docebimus eam piam esse, iustum, bone- stam, nobis necessariā, illi facile, et honorificā. Deinde sī citra arrogantiā ostendemus, quid ex ea re cōmoditatis sit ad ipsum etiā aliquando redditū. Si quid inerit incōmo- di, quod animū illius, uel alienet à nobis, uel deterreat, id uel diluens, uel extenuabimus. Si erit opus, admiscebi- mus obtestationes carū rerū aut personarū, quibus scimus illū posse cōmoueri. Postremo pollicebimur memorē ani- mū, nec habituros modò gratiā, uerū etiā relaturos, si da- bitur cū seniore: nos ipsos totos, resq; nostras omnes illi uicissim dedicabimus, ac deferemus. Facultatē nostrā ex- tenuabimus: de animo, studioq; magnifice pollicebimur. Illud adiiciā, non hic solum, uerum etiā alijs in rebus al- quando plus uadere iocum tēpestium, et aptū, qui in sca- riā petitionē. Tantum de præceptionib; satis esto, reli- qua iuuēnibus, aut preceptorī animaduertenda relinquo.

### Exemplum petitionis obliquæ.

**I**N genij mei pudorem ipse non ignorat uir eximie. Sed quō non adigit mortales, uere durissimū telum neceſ-

sitas? Eo in loco sunt res mee, ut ni protinus ad manum  
 sint ducenti angelati, tam periclit tuus Ludovicus, quam  
 extrema faba, quod dunt. Scio beneficium esse magnum &  
 eximium: neque me fugit quam nulla sunt mee in te officia,  
 quorum fiducia rem tantam ausim abs te petere, presertim  
 quum tot, tantisque nominibus iam pridem obstrictus, tibi  
 nondum illa ex parte retulerim gratiam. Et tamquam nisi deus  
 aliquis, sed ut in uxori alicunde se prostrat, funditus  
 interij. Quare quemadmodum in summa rerum desperatione,  
 nautae solent sacra iacere ancoram, ita ego dispectis omnibus,  
 ad te uelut ad propitium quoddam numen confugio.  
 Non ausim rogare, quanquam huc adigit necessitas, tam  
 illud uolui te scire, statum rerum meorum: ut si me indicas  
 dignum exitio, te iudice perecam aequiore animo: si tua  
 pietas, multis iam argumentis antehac in me declarata, dia-  
 gnabitur me ex hoc discrimine eximere, conabor omnibus  
 neruis, ne te unquam huius capitatis seruati perireat.

### Petitio rei parum honestae.

**N**on ignorabam, quam impudens esset in causa pes-  
 simam, a viro omnium optimo patrocinium rogare.  
 Non cuim conabor excusare factum meum, ne granus pec-  
 catis impudentia, quam bactenus peccatum est stultitia, &  
 incogitantia, ne dicam demetia. Horrescit animus, abhor-  
 rescit ab ipsa malorum meorum commemoratione, sed tac-  
 men aperiendum uulnus, si sperarem me delam. Sortem satis  
 amplam, quam pater de derat in negociationem, nuper a dea  
 perdidii. Ingens flagitium fateor, sed ut cunq[ue] succurri pote-  
 rat, si solum esset. In scio patre, cum matris pedis sequa rem  
 habui. Illa me callidior, negavit se facturam sui copiam,  
 nisi

nisi pollicerer me maritū ipsi futurū. Ibi nubi nō Iupiter,  
 ut inquit Hesiodus, dimidiū mentis, sed Venus totam mē-  
 tem ademit. Pollicor demens. Nunc diunt nulla ratione  
 rescindi posse, quod sic aēlū est: ut illis sit pessime, qui le-  
 ges tam iniquas cōdunt. Pater meritò iritatus, abdicatio-  
 né parat. Quod si fit, nullū uideo melius cōsiliū, quām ut  
 laqueo uitā finiā. Quār enim libeat uiuere in tātis mādū?  
 Scio te nihil non posse apud patrē. Solus es qui me possis  
 redigere in gratiā. Quod si quid te miseret mei, nō ausim  
 rogare, sed tamē uides calamitatē meā. Efficiam ut te mei  
 seruati nunquam uel pudeat, uel poeniteat. Sic admissum  
 hoc omni offīciorū genere sarcia. Actatem uides. Sæpenu-  
 mero à grauioribus cōmīsis, iuuenes sese ad bonā frugem  
 conuertere. Utinā quod fāctū est, fieri posset infēctū. Sed  
 quod mutari non potest, pensari potest. Maximum quidē  
 hoc peccatū est, fateor, sed primum. Deniq; quid sibi uult  
 pater? Si abdicat, nec nubi adimit uxorem, & sibi parat  
 orbitatē: sūr ignoscit, habebit hoc semper addic̄tiorē filiū.  
 Fac breui sciam, utrū meis malis sim omnino perdēdus, an  
 tua bonitate seruādus. Nihil enim miserius, quām pēdēre.

### Petitionis honestæ exemplum.

**I**M probum fortasse alijs uidebitur, presul amplissime,  
 cum à quo tantum beneficiorū acceperim, quātum ne-  
 sperare quidem unquā sum ausus, rursum nouis precibus  
 sollicitare. At ego ingenui, minimeq; ingrati animi existi-  
 mo, cui multum debeas, ei plurinū uelle debere. Cui enim  
 extremas fortunarum mearū partes potius acceptas ferre  
 cupiam, quām ei ipsi cui primas, cui medias debeo? Quid  
 enī Lucius esset, nisi te tanquam numen quoddam pro-

pitium nactus essem? Tum me puerū, ob nescio quam in me  
 uirtutis indolem, præterea fortasse, quod putabas meas li-  
 teras tibi aliquando uel usui, uel ornamenti futuras ( quam  
 utinam de me uel existimationē, uel expectationem non  
 omni ex parte uidear secessisse) adoptasti. Nec semel com-  
 plexus, unquam fouere, innare, ornare destitisti. Itaque si  
 quid hodie in me uel uirtutis, uel bonarū literarū, uel di-  
 gnitatis esse putatur, id omne tuæ debeo munificētie. Sed  
 duo mihi restare uidentur, ut et tu opus tuū pulcherrime  
 coepit perficias: et ego efficiā, ne nullum tantorum in me  
 beneficiorū fructū ex me cepisse uidearis. Quod utrumq;  
 ut fiat, et ego maximopere cupio, et tibi in manu est.  
 Eadem opera et tu me alumnū beaueris, et eo in loco  
 collocaris, quo multis in rebus tibi usui esse possum. Post  
 diuturnos, ut scis, in literis theologicis exhaustos labo-  
 res, ad Calendas Maias theologica laurea sum insignien-  
 dus, quam quidē professionē paulò splendidius uite genus  
 decere, nō ignoras. Præterea, quoniam hactenus amplitudi-  
 ni tuae sumptui tantū fui, et equum est, ut aliquando sim et  
 usui, et dignitati. Nam uero hoc ipso tempore uacat præpo-  
 situra Corinthiensis, nō maxima quidē illa, sed meo cōsi-  
 lio cōmodissima: tum quod et in tua sit patria, et à me  
 nō ita multū absit. Habebis, qui tuorū, tuaq; illic negotia  
 perinde curae sit habiturus, ac si propria forent. Præterea  
 quicquid unquam dignitatis mihi accessurū est, id in tuam  
 unius gloriam accesserit, cui semel me debeo, quātus sum.  
 Nec me latet, quam potentes sim competitores habitu-  
 rus, quam hoc honore indignos, quam utriq; nostrū ma-  
 levolentes. Nihil me terret, modo tu uelis, qui unum plus

ceteris

ceteris omnibus potes patrocinari. Quid enim tu audeas à principe petere, quod ille cunctetur præstare? Quare si me non temere adoptasti: si qua unquam ex parte tuo de me iudicio respondi: si me uirum gratum existimas, sicut ut hec præpositura mibi tribuat. Id ego abs te & diligentius, & pluribus uerbis contendere, nisi uererer, ne de tua humanitate, quam ego semper in me propensissimam sum expertus, diffidere uiderer. Ego uicissim modis omnibus enitar, ita me eo honore dignū præstare, ut neq; te noui huius in me muneric pœnitentia, & ueterum tuorum erga me beneficiorum fructum aliquem percipias. Vale.

### Petitoriae sylua.

**P**Luribus uerbis ad te scriberem, si aut tua humanitas longior em orationem expeditaret, aut id fieri nostra amicitia pateretur, aut res uerba desideraret, ac non pro se ipsa loqueretur.

Hoc uelim tibi persuades, si rationibus meis à te prouisum esse intellexero, magnam te ex eo, & perpetuam uoluptatem esse capturum.

Quod si uobi tua clementia opem tulerit, omnibus in rebus me fore in tua potestate tibi confirmo.

Lib. v. epistola: Coram me tecum, tota.

Cum uero ea tua sit uoluntas, humanitas, benevolentia erga me, libenter amplector tales animum. Sed ita (non enim dimittam pudorem in rogando meum) si feceris id quod ostendis, magnam habeo gratiam: si non feceris, ignoscam: & alterum timori, alterum uobi te negare non potuisse arbitrabor. Est enim res profectio maxima. Quid rectum sit, apparet: quid expediatur, obscurum est: ita tamē,

q 3 ut si

ut si nos sumus, qui esse debemus, id est, studio digni, et literis nostris, dubitare non possumus, quia ea maxime conducant, que sunt rectissima.

Lib. vii. epistola: Si mihi non tecum. tota.

Lib. ix. petitio iocosa: Et si munus flagrare.

Cic. Att. Tu si me amas tantum, quantum profecto amas, expeditus facito ut sis: si inclamaro, ut accurras. Sed do operam, et dabo, ne sit necesse.

Nunc mihi et consilijs opus est tuis, et amore, et fide, quare aduola. Expedita erunt mihi omnia, si te habeo. Multa per Varronem nostrum agi possunt, que te etiam urgente erunt firmiora. Multa ab ipso Publio elici, multa cognosci, que tibi occulta esse non poterunt: multa etiam, sed absurdum est singula explicare, cum ego te requiram ad omnia. Unum illud tibi persuadeas uelim, omnia mihi fore explicata, si te uidero.

Quam ob rem, si me amas tantum, quantum profectio amas: si dormis, expurgiscere: si stas, ingredere: si ingreditis, curre: si curris, aduola. Credibile non est, quantum ego in consilijs, et prudentia tua, quodque maximum est, quantum in amore et fide ponam. Magnitudo rei longam orationem fortasse desiderat: coiunctio uero nostorum animorum, breuitate contenta est.

Quare ut Numestrio mandaui, tecum ut ageret, iten atque eo, si potest, acrius te rogo, ut planè ad nos aduoles: respiraro, si te uidero.

Pluribus uerbis tecum agerem, nisi pro me apud te res ipsa loqueretur.

Tantum te oro, ut quoniam me ipsum semper amasti,  
eodem

codem amore sis. Ego enim idem sum. Inimici mei  
mibi, non me ipsum ademerunt. Cura ut ualeat.

Tu me, ut facis, opera, consilio, gratia iuuia.

Quintum fratrem optimum, humanissimumq; sustenta.

Omnem autem spem habeo existimationis, priuatarumq;  
rerum in tua erga me mibi perspectissima benevolentia:  
quam si his temporibus miseras, & extremis prestiteris:  
hac pericula, quae mibi communia sunt cum ceteris, for-  
tius feram: idq; ut facias, te obtestor, atq; obsecro.

Te etiam atq; etiam oro, ut me totum tuendum suscita-  
pias, ut si ijs salvi erunt, quibus cum sum, una cum ijs pos-  
sim in columnis esse, salutemq; meam tue benevolentie ac-  
ceptam ferre.

Itaque te uebementer etiam atque etiam rogo, magis  
quam a me uis, aut pateris te rogarri, ut hanc cogitatio-  
nem toto pectore amplectare.

Quanquam hec epistola non sua soris est, sed rogato-  
ris. Igitur mihi Plance, rogo te, & etiam oro, sic mediussia-  
dius, ut maiore studio, magisq; ex animo agere non pos-  
sim, ut totum hoc negotium ita agas, ita tractes, ita consi-  
cias, ut quod sine ulla dubitatione apud eos s. obtinui-  
mus propter summan bonitatem, & equitatem cause, id  
tu nos obtinuisse non modo facile patiare, sed etiam gau-  
des. Qua quidem uoluntate te esse erga Atticum, sepe  
presens & illi ostendisti, & uero etiam mibi. Quod si fe-  
ceris, me, quem uoluntate, & paterna necessitudine con-  
iunctum semper habuisti, maximo beneficio desinchi ha-  
bebis. Idq; ut facias, te uebementer etiam atq; etiam rogo.

Nunc mihi Capito (scio enim quantum semper apud  
eos,

*cos, quibus cum sis, posse soleas) eo plus apud hominem  
facilium, atque brum. iniustum Plancum emitere, elabo-  
ra, uel potius blandire, effice ut Plancus, quem spero opti-  
mum esse, sit etiam melior opera tua.*

*Quod certe facies, si tu neruulos tuos mihi saepe co-  
gnitos, suavitatemq; , qua nemo tibi par est, adhibueris.  
Quod ut facias, te uebementer rogo.*

*Ignoscere mihi, quod cum antea accuratissime de Bu-  
throtijs ad te scripscrim, eadem de re sepius scribā. Non  
mebercule mi Plance facio, quod parum confidam, aut li-  
beralitati tuae, aut nostrae amicitiae, sed cum tanta res aga-  
tur Attici nostri, nūnc uero etiam existimatio, &c.*

*Oro, atq; obsecro te Cicero, necessitudinem nostram,  
tuamq; in me benevolentiam obtestans, sororis meæ libe-  
ros, obliuiscaris esse Lepidi filios, meq; his in patris lo-  
cum successisse existimes. Hoc si à te impetro, nihil pro-  
fecto dubitabis pro his suscipere.*

*Scribere multa ad te neq; possum præ solicitudine, ac  
stomacho, neq; debeo. Nam si in tanta re, tamq; necessaria  
uerbis mihi opus est ad te excitandū, et confirmandū, nulla  
spes est, facturū te quod uolo, & quod oportet. Quare no-  
li expectare lōgas preces, intuere me ipsum, qui hoc à te,  
uel à Cicerone cōuictissimo bomine priuatim, uel à cōsula-  
ri tali uiro remota necessitudine priuata impetrare debeo.*

*Hoc te ita rogo, ut maiore studio te rogare nō posim.*

*Cic. petit. Innumerabilia sunt tua in me officia, domestica, foren-  
sia, urbana, prouincialia, in re priuata, in re publica, in  
studijs, in literis nostris: omnia uiceris, si feceris, &c.*

*Cui enim ego potius dignitatem meam acceptum ferre  
cupian,*

cipiām, quām cui salutem & omnia debeo?

Credibile non est quantū ego in consilijs, & prudētia Petri consul  
tua, quod maximum est, quantum in amore & fide ponā.

Tē habere consiliorum autorem, & solicitudinum so-  
ciūm, omni in cogitatione coniunctūm cupio.

Quod si feceris, magnus ad tua pristina erga me stu-  
dia cumulus accedet. Tē autore, nūbi uel augendi, uel  
quiescendi ratio constabit.

Nunc nūbi consilijs opus est tuis, & amore, & fide.  
omnia nūbi expedita erunt, ubi tuam sententia accepero.

Hac in re consilium de tua sententia capiemus.

Tuum ad nos redditum, tum omnes tui uehementer de-  
siderant, tum tempus & res tuæ postulant.

Autoritate tua nobis opus est, & consilio, & etiam  
gratia. Noli pati litigare fratres, & iudicijs turpi-  
bus conflictari.

Sed quid tibi mando nominationē me totum tuo amori,  
fidei q̄; commendo.

Sed si me amas, quod qdē ian facis, aut p̄belle simulas.

Nūquā putauī fore, ut supplex ad te uenire: sed hercule  
facile patior, datum tēpus, in quo amorē experiar tuum.

Quod superest, rogo ut pari simplicitate, si qua exi- P̄siius.  
stimabilitis addenda, commutanda, omittenda, indicetis.

A' simplicitate tua peto, quod de libello meo dicturus P̄siius.iudicij.  
es alij, nūbi dicas. Neq; est difficile, quod postulo.

Lib. iiij. epistola: Assumo te in consilium, &c. Petit, consilijs.

Mibi & tentandi aliquid, & quiescendi te autore ra-  
tio constabit. Obsequar tamen consilio tuo, cuius nūbi  
autoritas pro ratione sufficit.

Audisti

Audisti consilij mei motus, superest alterutra ex parte iudicium tuum, in quo mihi & què incūda erit simplicitas dissentientis, quām cōprobantis autoritas.

Politicalius lib. vii. epistola: Multo & equius fuerat.

Habes quid mihi videatur, & intelligis animi mei uotum, sed tamē tuum consilium sine exceptione sequar: ad tuam uoluntatem me cōfirmabo, à quo honeste dissentire non possum. Nihil assentor: tantum enim animi induitio, & nichercle amor in te meus, apud me ualeat, ut que tibi utilia sunt, & que tu uis, ea omnia mihi protinus & recta, & uera videantur.

Hac in refectorio sum, qui quid tu decreueris: nā buius totius consilij, te ducem, me comitare esse decet.

Quod ut facias, non solum te rogo, uerum etiam suddeo. Neq; enim mihi iucundius erit, si nos inuisceris, quām uile tibi.

### Sylua mea.

**H**Abes rerum mearum statum. Diuinās animi mei uotum. Vides quid res ipsa flagitet: nam ipse nihil aūsim rogare, ne videar non minus improbus, quām miser,

Improbis planè uideri possem, qui te quotidianis meis postulationibus, occupatiſſimum interpellam: nisi eo te animo esse cognoscerem, ut quos semel tueri cœperis, non quiescas, donec planè confirmes.

Ex tua unius humanitate quantus sum pendeo. In te uno omnes spes, fortuna &c; mea sunt sita.

Nihil est tam arduum, quod te patrono consequi posse diffidam. Nihil tam amplū est, quod uel ego abs te petere non audeam, uel tu prestare nequeas.

Quām

*Quād tu facile potes, tan ego uehementer cupio.*

*Pārum recte de tua liberalitate sentit, qui rem iustam  
uerbosius abs te petit.*

*Adiace et hunc calculum, ad altissimos cumulos tuos  
rum in me beneficiorū: quibus etsi nihil accrescere posse  
videatur: tamen hoc unum desiderant, ut undiq; abso-  
luti, atq; exaggrati esse uidcantur.*

*Quād plurima sint tua in me officia, nihil tamē fues-  
rit hoc uno uel maius, uel iucundius.*

*Non dubito quin mirere, atq; etiam stomachere, quod  
tecum eadem de re agam sepius.*

*Scio, perfricui faciem insigniter, qui hoc ausim abs te  
petere: sed hanc impudentiam me docuit non mea natu-  
ra, sed dura necessitas.*

*Res est tam pia, tam iusta, ut uir equus cān nec hosti  
negare debeat. Nostra tam arcta est necessitudo, ut nihil  
tam iniquū sit, quod alter ab altero nō debeat impetrare.*

*Si uideor improbus, qui rem tantam abs te flagitē ue-  
riū, q̄ petā, dabis ueniā. Hanc audaciā me docuit nō mea  
natura, sed tua humanitas, qui mihi nihil negare soleas.*

*Res est eiusmodi, ut si tecum consideres, quod abs te  
peto, sim abs te potius rogandus.*

*Inuitus onero te precibus, sed urget necessitas.*

*Scio tantos patronos nō uocandos ad mediocrem, aut  
uulgarem operam: sed hoc negotium eius generis est, ut  
ab uno te prestari possit.*

### *Responsio ad petitionem.*

*Q*uod mecum per literas agis, unā ob causam mal- Cic. ad Attic.  
lem corām egisset, Non enim solum ex oratione,  
sed

sed etiam ex uultu & oculis, & fronte (ut aiunt) meum erga te amore perspicere potuisses. Nam cum te semper amavi, primum tuo studio, post etiam beneficio prouocatus, tum his temporibus resp. te mibi ita commendauit, ut chariorem habeam neminem. Litere uero tua tum amantissime, tum honorificentissime scriptae, sic me affecterunt, ut non dare tibi beneficium uiderer, sed accipere a te, ita petente, ut iniurium meum, necessarium tuum, me inuito seruare nolles, cum id nullo negotio facere posses.

**Plinii.** Lib. vii. tota epistola: Facis pro cetera reverentia. Faciam ergo quod desideras, tam diligenter, quam libenter.

Quod admones, gratias ago: quod rogat, queror. Admoneri enim debeo, ut sciam: rogari non debeo, ut faciam, quod mibi non facere turpis est.

**Ma.** Excusarem me profecto uel fratri, hoc sane tempore, sed arctior est amicitia nostra, quam ut illa patiatur exceptionem, quoties alterutrius scria res agitur.

### De commendatitia epistola.

**H**ic finitimum est commendatitium genus. Quam enim commendamus aliquem, alieno nomine quippiam petimus: quare iisdem rationibus erit tractandum. Hic tres erunt considerande personae. Nostra, eius cui scribimus, eius quem commendamus. Postremo loco res ipsa cuiusmodi sit, erit inspicienda. A nostra persona persuadebimus, si causas, a quibus ad hunc commendandum fuerimus commoti, instas, magnas, plurimasque ostendemus: uel quod de nostris, aut nobis ipsis sit bene meritus: uel quod nobis cum ipso, aut nostris cum illius maioribus, uetus, & coniunctissima familiaritas intercesserit,

rit, aut hospitium, uel quod sanguine propinquus, patria, studijs ue coniunctus, affinis, aut alioqui charus, & commendatus: uel ita deniq; hominem describemus, ut ob modestiam, probitatem, eruditionem, integritatem, humanitatem, nobilitatem, dignus sit qui quum omnibus bonis, tum illi in primis debeat esse quam commendatissimus. Si qua uero uel nostra, uel illius quem commendamus, maiorum ue eius in alterum merita praecesserunt, ea summa cum modestia significabimus, extenuantes quidem ipsa benefacta, beneficiendi autem animum amplificantes. Vehementer commendationem iuuabit, si eum quem commendamus, de eo cui commendamus, quam optime, & sentire, & praedicare dicemus. Non possumus enim non benevolentia quadam commoueri erga eos, quibus nos citra afferentatione intelligimus esse admirationi. Quare scite Ios-  
A persona com  
mendati, & eius  
cui commendamus.  
 crates precipuum amicitiae co-ciliande initium commonestrauit, ut absentem laudemus, apud eos, quos renuntiatur suspicemur: si utriusq; nostrum summam de eo fiduciam uerisimiliter aperiemus, solicitudinē uidelicet quandam iniijciamus oportet, ubi ciusmodi hominem omnem spem suā in ipsis unius humanitate reposuisse intelliget, nullius preter suam unius opem implorare uoluisse. Et à personis quidem hoc modo commendationem tractabimus.

A re commendabimus, si eam facilem illi duntaxat, cui A re, commendamus, monstramus: si piam, si honestam, si utili-  
 probabimus. Tum si ciusmodi erit, ut ex ea ad patronum aliquid laudis, gratiae, autoritatis, aut emolumenti uenturum uideatur, id accurate admonebimus, si codem beneficio quam plurimos deuinctorum dicemus. Deinde obses-

: creationibus utilicebit. Postremo loco & nostro, & commendati nomine pollicebimur illum gratum, & memorem futurum. Nos eodem beneficio perinde ac si in nos esset collatum, perpetuo devincios fore. In calce mutuam operam, & studium deferemus. Constat enim epistolam commendatitiam ex duobus misceri generibus, suasio, & demonstratio. Quum enītē cum quem commendā-

Brevis hūbus mūs, cum laude describimus, in demonstratio genere uer generis comprehendit.

sunur: quum rem ipsam aut honestam, aut utilem, aut facilem ostendimus, in deliberatio. Sed brevis debet esse commendatio, neq; nimis accurata, præsertim si ad eum scribimus, cui sumus ipsi uebementer commendati. Testimonij enim pondus habere debet, potius quam disputationis speciem. Et buius generis esse potest triplex tractatio: Recta, obliqua, & iocosa. Recta, quum aperte docebimus cum esse dignum fauore, quem commendamus. Obliqua, quum negabimus nos hunc commendare uelle, tantum admonere ut hominem uelit cognoscere: futurum enim, ut quum alijs gratias agere solcant ijs, qui commendationem receperissent, ille ultro gratias sit asturus, quod nostra opera contigerit nosse talentum virum. Iocosa, quum intelligemus nos plus effecturos sermonis iucunditate, quam scrijs argumentis. Non arbitror operæ preium, de singulis exempla proponere, ne nimium increbat uolumen magnitudo. Tantum in sylva formulas aliquot annotabimus. Commendatorijs generis exempla, quum apud Ciceronem sint plurima, tum illa epistola, cuius initium est, Nondum erat auditum, uniuersum commendandi artificium una complectitur.

Hermannus theologus Andronio  
Bolano antistiti s. d.

**Q**uanquam mihi Dionisij mei fortune maiori pro-  
pemodū, quām me & ipsius curae essent, presul bus-  
manissime, idq; non modo propter uetusissimam arctissi-  
mamq; , quæ nubi cum eius famula fuit, necessitudinē, uerū  
etiam propter admirabile hominis et modestiam, & probi-  
tatem, tamen eum tibi pluribus uerbis cōmendādum non pu-  
tui, ne uel de nostra amicitia, uel de hominis uirtute pa-  
rū fūsus uiderer. Id enim nostra necessitudo, qua nihil arbitri-  
tor inueniri coniunctius, postulare uidetur, ut quēcunq;  
benevolentia complectendū statuissem, idem tibi quoq; &  
charisimus, & quā commēdatissimus debeat haberī. Tanta  
rursum est hominis tum probitas, tam modestia, tam cru-  
ditio, ut uel citra meas literas quū optimo cuiq; , tum tibi  
eiusmodi uirorū amatiissimo nō posuit non esse quam con-  
mēdatissimus, nisi utrumq; parū noui, pr̄sertim quod tibi  
ipsi cum patre huius, uiro, ut scis, omnium qui usquā fue-  
runt gratissimo, uetus hospitiū fuerit. Non eguit quidēnt  
ille nostra commendatione, quānquam commendari planè  
uoluit, & uni adeo tibi uoluit. Mirum enim dictū fuerit,  
quantū fiduciae, in tua uniuersitate reposuerit, quam  
amanter de te & loquatur, & sentiat. Neq; enim que ef-  
sent à mente diversa, loqui consuerit. Nec errat mea qui-  
dem sententia. Cui enī obscurum est, quantū pro tua au-  
toritate, et apud illustrissimū principem, & populū uad-  
eat? Tum quantū studiosis uiris semper fauerit tua beni-  
gnitas, sepe maiorū suorū antehac, nunc et mea prædicā-  
tione didicit. Res est autē eiusmodi, ut tibi non multū ne-

gotij, huic plurimum cōmoditatis sit allatior. Debet buic

**Narratio.** Abbas Syrus ex agris nescio quibus, iam multorum annorum fructus, homo ut scis, & pecuniosus, & calumniosus, cuius quidem p̄decessores, sine ulla cōtrouersia cōstantiter soluerūt. Hic simul atq; insatiabilem habēdi sitim, unā cum mitra est assequutus, debitū inficiatur, in ius, imò potius, in iniuriā uocat. Pudet dicere quas Proteus ille optimo adolescenti tergiuersationes netat, quam astutas claudendi uias querat. hominē nosti. Quod quidē cum semper molestū esse debeat, quia iniquum, tum hoc tempore Dio- nysio meo incommodissime sanè obijicitur, hoc in tempore negari pecuniam, quum ea sic est opus, ut quum maxime. Proximo uere, erat doctoris insignia consequuturus, quō maiore cum autoritate posset Reip. commodis inferuire. Est enim iuris utriusque mire peritus. Vide autem quam iniquum sit, huius Mide causificationibus studiosissimum iuuenem, ē medio studiorum suorum cursu, ad iniustas li- tes uocari, & iam multis sudoribus promeritum bouore, penē ē manibus extorqueri. Rem iam partim ex me co- gnosti, reliqua ex ipso coram agente disces. In te uno utriusque nostrum spes sita est. Quare te per nostram be- neuolentiam, & paterni hospitij memoriam, maiorem in modum oro, ut ei in causa equissima præsidio uelis esse. Abbatem istum uel odio, uel autoritate, uel metu ad sol- tuendum compellas, à litibus quibus maxime pascitur, des- terreas. Et magna & multa sunt tua in me officia, hoc tamen ita nabi erit gratum, ut pro omnium summo sim ba- biturus. Apud iuuenem ita beneficium collocaris, ut nun- quam antebac apud quenquam rectius. Bene uale.

Est

*Est uulgare de frigidum commendationis genus, quum  
hoc officium extorquetur à nobis. Si tibi molestus sum,  
buic imputa: Nam mihi fuit molestior.*

*Tu pro tua prudentia, ubi ex ipso iam cognito quid  
sibi uelit cognoris, dispicies, quid sit factu optimum.*

*Commodabis illi mea causa, si modo id potes absq; tuo  
incommodo: sin minus, quo uis ablegaboninem potius,  
quam ut ad me redcat.*

*Est & iocosa cōmendatio, que nonnunquā plus efficit  
quam serua. Exemplum est in epistolis Ioannis Campani,  
qui monachum quēdam importunum cōmendat suo Car=  
dinali. & nos aliquando sic pusillum quendā, & recidua  
strum ac macilentum commendauimus Mæcenati nostro,  
qui per eum miserat pecunia, & in literis caluum appelle=  
rat, solitus & me ioco caluum dicere, quod essem raro  
capillitio. Commendauimus autem in hanc ferme senten=  
tiam. Calvus ille caluo pecuniam bona fide reddidit. Verū  
si pernoisses, quo in statu sit iste calvus, haudquam ad=  
mirareris hominem sic esse macilentum, ut uix oīibus hæ=  
reat: sic esse raro capillitio, ut uix tres pili supersint in  
capite. Est illi lōga lis apud tuam tribunal. Ea res sic ex=  
pilat, sic exugit hominem, ut ni tua succurrat bonitas, ne  
pilum quidem nummorum sit usquā habiturus, & peri=  
culum sit, ne prorsus fame pereat. Causa pia est, pro ma=  
tre litigat, neque quicquam superest, nisi ut suprema sen=  
tentia pronuncietur. Bene uolo homini. Quur enī non  
faueat similis simili? Eodem beneficio tibi duos caluos,  
duos magnos uiros obligabis. Hæc friuolum uideretur  
admonere; nisi conduceat ad hoc, ut præceptor ex his*

facile reperiat varias thematum formæ.

Commendatiæ syllua.

Cic. epist.

a. Epistola lib. epist. fa. j. cuius initium: Aulo Trebonio:  
Etota huius generis est.

Lentulum nostrum eximia ſpe, summe uirtutis adolescentem, cum ceteris artibus quibus stuuiſti ſemper ipſe, tum in primis initiatione tui, fac eruditus. Nulla enim erit hac preſtantior disciplina. Quem nos, et quia tuus, et quia te dignus eſt filius, et quia nos diligit, ſemperque dilexit, in primis amamus, charumque habemus.

Lib. iiij. Fabio uiro optimo. Tota.

Iocofa. L. Valeriuſ itiris consultum ualde tibi commendabo, ſed ita etiam ſi non eſt iurisconsultus. Melius enī ei cauere uolo, quam ipſe alijs ſolet. Valde hominē diligō, eſt ex meis do- mesticis atq; intimis familiaribus. Omnino tibi agit gratias: ſed idem ſcribit, meas literas maximum apud te pondus habituras. Id cum ne fallat, te etiam atq; etiam rogo.

Atq; ipſum tibi Pomponiū ita commendo, ut quanquam ipſius cauſa cōfido te facturu eſſe omnia, tamen abſ te hoc petā, ut ſi qd rēſidet ī te amoris erga me, id omne in Pōpo nij negotio oſtēdaſ. Hoc mihi gratius facere nihil potes.

Lib. vij. Cum A. C. ē cinna tanta. Tota, et elegans.

Hunc mihi Cæſar ſic uelim omni tua comitate cōplectare, ut omnia, que per me poſis adduci, ut in meos cōſerre uelis, in unū hunc conſeras: de quo tibi homine hoc ſpondeo, nō illo ueteri uerbo meo, quod cum ad te de Milone ſcripſiſsem, iure luſisti, ſed more Romano, quomodo homines nō incepti loquuntur, probiorem hominem, meliorem uirum, prudentiore eſſe neminem. Accedit etiam, quod fa-

miliar

miliarientē inducit, in iure ciuili singularis memoria summa scientia. Huic ego neq; tribunatum, neq; praefecturā, neq; ullius beneficij certū nomen peto, bencuolētiam tuā, & liberalitatem peto. Neq; impedio, quō minus, si tibi ita placuerit, etiā hisce eum ornē gloriole insignibus. Tostum deniq; hominē tibi trado de manu (ut aiunt) in manum tuā ylā & uictoria, & fide prēstantē. Sumus enim putidinsculi, quanquam per te uix licet. Verū, ut video, licebit. R uſum iſum amicū tuum, de quo iterū ad me scribis, adiuuare quantum possem, etiam si ab eo Iesus essem, cum te tantopere uiderem eius causa laborare. Cum uero & ex tuis literis, & illius ad me missis intelligā, & iudicē magnē cur & ei salutē mēā suisse, nō possum ei nō amicus esse: neq; solum tua commendatione que apud me, ut debet, ualeat plurimū, sed etiam uoluntate, ac iudicio meo.



Responſio ad  
commendatio-  
nem.

Lib. xij. Per magni interest. Tots, & elegans.

Item proxima: Lamia uno omnium. Item eodem libro:  
Cum Appio Claudio.

Lib. xiiij. Etsi non satis. Eodem: Gaio Auiano. Item proxima: Aulum Fusium.

Item multæ sequentes epistola sunt eiusdem generis.  
Eodē: Non dubito. Quin totus hic liber nihil habet preter epistolās commendatiōnias. Lib. xv. Marecum Fabium.

Quare ceteris in rebus, tantum ei tribuas, quantū hu- Cic. ad Attic.  
manitas tua amicitiaq; nostra postulat. De Tullia mea  
tibi antiquissimum esse video, idq; ita ut sit, te uchementer  
rogo. Ego autem mi Plance, et si non dubitabam, quin  
& s. c. & lex & Cos. decretum, ac literæ apud te pluri-  
mum autoritatis haberent, teq; ipsius Attici causa uelle

intellexeram, tamen hoc pro coniunctione, & benevolentia nostra mihi sumpsi, ut id à te petarem, quod tua singularis humanitas, suauissimisq; mores, à te essent impetratur, id autem est, ut hoc, quod te tua sponte facturum esse certò scio, honoris nostri causa libenter non prolixo, sed celeriter facias. Mibi nemo est amicior, nec iucundior, nec charior Attico, cuius antea res solū familiaris agebatur, eaq; magna, nunc accessit etiam existimatio: ut quod cōsequutus est magna & industria, & gratia viro Cæsare, mortuo id, te adiuuāte, obtineat. Quod si à te erit impetratum, sic uelim existimes, me de tua liberalitate ita interpretaturum, ut tuo summo beneficio me affectum iudicē.

Ego etiā mi Cicero proprias familiariterq; te rogo, ut Veterem ones, uelisq; esse quam amplissimum, qui et si nulla re deterrei à proposito potest, tamen excitari tuis laudibus indulgentiāq; poterit, quo magis amplectetur, ac tueatur indicium suum: id mihi gratissimum erit.

Filiam meā, & tuam, Ciceronemq; nostrum quid ego mi frater tibi commendem? Quin illud mōreco, quod tibi non minorem dolorem illorum orbitas affert, quam mihi. Sed te incolumi orbi non erunt.

Itaq; cum tibi commendo maiorem in modum, hominē domū splendidum, gratiosum etiam extra domum, quent fac ut tua liberalitate tibi obliges. Est tribunus militum in exercitu nostro. Gratum bonum obseruantemq; cognosces. Trebatum ut ualde ames, uerbenter te rogo.

Quare ut instituisti, complectere adolescentem.

Ex lib. ad Brutū. Tota: Bibulus. Itcm epi. Multos tibi. Omnibus rebus ita cum tracties, ut intelligat nostram cōmen-

*commendationem non vulgarem fuisse.*

### Commendatoriæ ad nuptias exemplum.

Tota epist.lib. j. Petis ut fr.a.t.

Plin.

Elegās exēplum cōmendationis, erit tota illa epist.lib.  
ij. cuius initium: Et tu occasiones obligādi me auidissime  
amplecteris.Lib. iiij. epist. Quod ipse amicis tuis.

Lib. iiij. Calvisium nepotem.

Eodem libro: Si quid omnino. Rursum lib. vij. Attilium  
Crescentem.

Obliga me, obliga antè, quām dicat: nam cum dixerit,  
gratias ages. Spondeo solicitudini tue, spci meæ, magni-  
tudini cause sufficiturum.

Est indolis optimæ, breui producturus alios, si hic in-  
terim proœctus fuerit à nobis.

Accepisse te beneficium credes, cum propius inspexe-  
ris hominem, omnibus honoribus, omnibus titulis (nihil  
uelo elatius de modestissimo uiro dicere) parem.

Videor ergo demonstrare tibi posse Iuliu Genitorem: Commendatio  
præceptoris.  
amatitur à me, iudicio tamè meo nō obstat charitas hominis,  
que ex iudicio nata est. Vir est emēdatus & grauis, pa-  
lo etiā horridior, & durior, ut in hac licetia tē porū: quā-  
tum eloquētia ualeat, pluribus credere potes. Nā dicendi  
facultas aperta, & exposita statim cernitur. Vita hominū  
altos recessus, magnaq; latebras habet, cuius pro Geni-  
tore me spōsorē accipe. Nibil ex hoc uiro filius tuus au-  
diat, nisi profuturū. Nibil disceat, quod nescisse rectius fue-  
rit, nec minus sēpe ab illo, q à te, meq; admonebitur, qbus  
imaginibus oneratur, que noīa, et quāta sustineat. Prolde

r 3 fauenti

*fauentibus dijs, trade cū preceptorī, à quo mores primū,  
mox eloquentia discat, que male sine morib⁹ discitur.*

*Lib. v. epist. V video quam molliter tuos habeas.*

Comm  
itio

*Claudius amari à te cupit, dignus hoc ipso quod cu-  
pit, deinde quòd ipse te diligit. Neque enim serè quis-  
quam exigit istud, nisi qui facit, ut alioqui reclus, inte-  
ger, quietus, ac pene ultra modum, si quis tamen ultra  
modum uerecundus.*

*Hunc hominem appetentiissimum tui, mihi crede, com-  
plete, adprehende, imo et inuita, ac sic ama, tanquam  
gratian referas. Neq; enim obligandus, sed remuneran-  
dus est in amoris officio, qui prior cœpit.*

### *Commendatio mea.*

**M**ultis in illum beneficijs conseruandis reddidisti te  
quodammodo obnoxium. Ita enim nunc moribus  
comparatum est, ut posteaquam multa præstiteris, hoc  
tantum meminerint, quod negatum est.

*Posteaquam hominem cœpisti beneficiando tuum fa-  
cere, beneficia beneficijs cumulanda sunt.*

*Non decet stare scelē incitatam liberalitatem, cuius  
pulchritudinem usus ipse commendat.*

*Curbunc hominem tibi tanto studio commendandum  
putarim, mirari desines, ubi cum propius nosse cœperis.*

*Hnic persuasum est, et te apud principē, et me apud  
te plurimum ualere: et de te quidem hanc fallitur, de me  
ne fallatur, non tam promeritus sum, quam cupio.*

*Pluribus hanc rem abs te contendarem, ni uarerer, ne  
cui de tua humanitate uiderer diffidere.*

*Scio nō sine causa dictum Horatio: Quem cui cōmen-  
des,*

*des, etiā atq; etiā aſpice. Sed huius hominis integritas ſic  
mibi multis argumentis eſt explorata, ut non dubitē illam  
tibi uel capitis mei periculo cōmendare. Quem si comple-  
teris, gratias agam quōd mibi credideris. Sed tu mibi ma-  
gis ages gratias, quōd tibi tradiderim hominem in manū,  
qui tibi fuerat etiam ē longinquō arceſſendus.*

### Reſpon, ad commendationem.

**N**um erit Numeſtium libenter accepi in amicitiam: Ciceron ad Atti-  
cum.  
Et hominem grauem & prudentem, & dignum tua  
commendatione cognoui.

Plinius lib. vij. epift. Commendas mibi. Rurſum epift.

Rogas ut agam.

Quid ego audio? uis tibi ignosci, quōd me tuis com- Men-  
mendatitij literis oneras. Imo ſic interpreter, ingens be-  
neſcium abſ te datum, qui tali uiro me conciliaris.

Quid poſsim, tu uideris. Quis ſit exitus rei futurus, for-  
tuue in manu eſt. Illud efficiā, ut Antonius intelligat no-  
ſtrām amicitiam bauſ quaquam uulgarem eſſe.

Et tu diligenter commendas hominem, & ille mibi uit-  
ius eſt dignus, cui tantopere faueas. Sed temporum iniqui-  
tas in cauſa fuit, quo minus licuerit illi tantum praefare  
quantum uolebamus.

### De monitoria epiftola.

**M**onitorie epiftole duplex eſt officium. Et uitium,  
ſi quod mutari uolemus, docte indicare: & que ſint  
agenda, ea neſcienti tanquam ſcienti offendere. Et quo-  
niam uix quisquā aequo animo ſua difcit uitia, ideo repre-  
bentionis acerbitatē laude mitigabimus. Cum multa in eo  
ſint egregia, negabimus paſſuros nos, ut tot uitutes  
nisi

unius uitij nævo obscurentur, neq; commissuros ut tantus  
amicus cum exceptione laudetur. Deinde ipsum uitium  
uel ab ætate, uel ab imprudentia extenuabimus, uel in excus-  
mis quoque viris idem fuisse ostenderemus: aut certe ipsum  
quidē esse mutandum, sed tamē ab anima liberalitate, alia'ne  
uirtute proficiisci, bant magno negotio mutari posse.  
Nos hæc præcipuo in illum amore scribere dicemus, alijs  
non idem facturos. Orabitur ut pari libertate in nos uta-  
tur, nisi forte minus amet. Id enī propriū amicitie mu-  
nus, ut libera sit admonitio ac mutua, & similia, que ad  
hanc sententiā pertinebūt. Quod si tyranno, regi, aut ali-  
oqui potenti scribimus, cuius aures nullā omnino sint re-  
prehensionem admittit, eum falso laudantes reprobēde-  
mus. Quam enim multas in eo uirtutes prædicamus, à  
quibus est alienissimis: quā item in alijs quedā abominā-  
da execrāmur uitia, à quibus illum immunē esse dicimus,  
tacite admonemus agnoscētent, quid mutare, quid sequi  
debeat. Hoc equidē consilio laudationes illas principū re-  
pertias fuisse auguror, ut sub laudis specie suorū uitiorum  
sine offensa, sine pudore admonerentur. Alioqui quid ea  
assētatione sœdius? Vbi uero sine reprehēsione quid agē-  
dum sit, ostendemus, autoritatē quādam nobis cōstituamus  
oportet, sine eius, quem monemus, iniuria. Idq; uel ab æta-  
te, qua illū longè precedimus: uel à multarum rerū usu,  
qui in eo tantus per ætatem nondum esse potuit: uel à diu-  
turno studio in quo nos sumus plurimus annis uersati, illo  
nunc ingrediente, pollicebimur nos amantissime, simulq;  
fidelissime consulturos. Demum grauitate quadam ser-  
monis, quid quomodo fieri conueniet, ostenderemus.

Probatis

Frobatisimorū autorū dictis & exemplis crebris utemur, præsertim eorum quorum autoritas grauis est apud eum, quē admonemus, & quid quenq; laudis, aut infamie consequutum sit, ostendemus. Ad prius illud admonendi genus, quo amicū uel blandius vocamus ad meliora consilia, uel liberius obiurgamus, pro personarū aut rerū uarietate, multū cōducet liber Plutarchi, quē scripsit de discernendo adulatore ab amico. Ad posterius hoc quod tantum docet, non obiurgat, conseruat epistole, in q̄ libri omnes Senece, Cypriani, Hieronymi & aliorū qui uiuēdi formā diversis prescripserunt. Sed precipue Plutarchi libelli, qui morales appellantur. In priore reperientur huiusmodi fermè themata. Admonendus amicus submoresus, ut magis se accōmodet ad mores omnium. Sit magis commis in uxorem, mitior in liberos, clementior erga famulos, obsequētior erga amicos. Item qui lingue sit liberius, admonēdus, ut circumspectius loquatur, quod non eodem candore ab omnibus excipiātur, quæ dicuntur. Item amicus plus satis addictus studijs admonēbitur, ut parcat ualeitudini, ut se partiatur studijs ac necessarijs negotijs, ut se magis accommodet ad sensum cōmunēm. Ita qui simplicioris erit ingenij, admonēbitur, ne quid fidat fīlis amicis. Qui deditus erit aleæ, revocabitur ad alios Iūsus. Qui profusior, ad frugalitatē: qui ferocior, ad modestiā: qui incogitantior, ad uigilantiam. Atque item de cæteris, nam sunt innumera. Hoc genus mininum differt à sua serio. In posteriore licet huiusmodi themata fingere. In studio literarum quomodo uerſandum. Stylus quibus modis petiſſimum parandus. Quibus rebus concilianda fama.

Quibus

*Quibus artibus uitari possit inuidia. Quo pacto colenda  
amicitia. Quid uitandum aut sequendum in matrimonio:  
qua de re scripsit Plutarchus. Quibus modis instituendi  
liberi. Quid faciendum iudicagistro. Quid ei, qui decre-  
uerit in aula principum uiuere. Quod officium boni me-  
dici, principis, aut episcopi, ducas, aut militis, boni concio-  
natoris. Ex his similia licebit similesq; materias comini-  
nisci. Sæpe miscetur utriusq; genus, cuius accuratissimum  
exemplum si quis querit, legat Ciceronis ad Qu. fratrem  
epistolam, cuius initium: Etsi non dubitabam quin hanc  
epistolam. Præstabit in huicmodi thematibus exerceri,  
unde præter pbrasim paratur & prudentia potius, quam  
in friuolis, & anilibus materialibus. In re tam uaria, non ma-  
gni referebat exemplum subiectere, sed tamen hoc faciemus,  
ne proflus exemplo careat preceptio.*

### *Exemplum epistolæ monitoriæ.*

*Q*uoniam ex Italia reuersus, inter tuos uiuere decre-  
uiisti, eritq; tibi & pro tua eruditione, & natalium  
splendore, & uite dignitate in omnium oculis summa-  
cum expectatione uiuendum, oras ut senex iuueni opti-  
mam quandam uiuendi formam commonstretem, quò posis  
& maleuolorum reprehensionem effugere, & optimi cu-  
iusque iudicio probari, deniq; & animi tranquillitati &  
corporis ualeitudini consulere. Incredibile dictu est, quā-  
tum iam nunc ista animi tui maturitate delecter, qui iuue-  
nis adbuc, ea que senes plerique negligimus, mediteris.  
Optima, inquit Cicero, est uite eligenda ratio, quā iucun-  
dam reddet consuetudo. Quare quāquā singularis tua &  
eruditio, et prematura quedam animi magnitudo, moni-  
tore

tore non egeat, tamē quantū aetate, qua sole te uincimus: quantum longo rerum usu, qui prudentes efficere solet: quātum multorum annorum studio consequi potuimus, institutū quām optimum prescribemus. Quod & ueterum plerosq; tenuisse video, me quoq; quātum potui, sequitum esse gaudeo: ne te quidē sequutum fuisse paenitebit olim. Principio, quod semper fecisti, eum animū obtine Docet agenda, ne, qui nibil acerbum, nibil durum existinet, quod sit honestum. Qui nullo uel metu deterritus, uel spe captus ab officio deflectatur. Quām optimos tibi adiungito. Malos ne laceſſito. Tu a ne iactes: aliena ne carpas. Fac quām omnibus sis antefirendus, ipse te prefbras nemini. Amicū ita ames, tanquam aliquando osuris: inimicum ita oderis, tanquam olim amaturus. Cum bonis officijs certa: nemini aduerseris: omnibus te affabile præbeas: domi hilaris, foris cōpositus. Nemini tua arcana cōmittas, memor quām fallax sit multorum amicitia. Beneficium conſer libenter, iniuitus accipe. Meroſitatē in primis fugē. Officiorū diu- tissime meminiſſe oportet, iniuriarū facile obliuisci. Glo- rian si contemnes, ultro te sequetur: si sequeris, fugiet ſequentem. Ne capta laudari, ſed fac laudanda. Cum pre- potētibus, aut nulla ſit cōſuetudo, aut comis. Nullus sum- ptus tibi ſit preciosior tempore: diem in operas partire. Leianus ſtude, aut ſcribe: pransus, hilariora quedam agi- to, cessa nunquām. His rationib; ſi diligenter uteris, & animi tranquillitati consulens, & charis quām plurimis, nemini odiosus eſſe poteris. Corpus uero moderatis agi- tationibus exerce, ne ignauia torpeſcat, ne'ue in uno dicas laboribus frangatur. Cibus ſit temperatus, ac tempeſti- uus:

uus: prande liberalius: cœna parcior: potus non quantum libidini, sed quantum naturæ satis est, sume. Vnde.

### Aliud exemplum.

**C**VM te incredibili quodam ardore literarū flagrare minime dubitarem, Christiane non vulgaris amice, hortatore nihil opus esse putavi, sed eius quam ingressus essem, uite duce modo, ac tanquam indice. Id quod mei officij esse iudicavi, uidelicet ut tibi homini non modo multis modis copulatissimo, uerum etiam iucundissimo, uestigia, quibus ipse à puero eßem ingressus, cōmonstrarem. Que si tu pari cura accipies, atq; ego dicturus sum, futurū cōfido, ut neque me monuisse, neque te paruisse pœnituerit. Prima igitur cura sit, ut præceptorem tibi deligas quam eruditissimū. Neq; enim fieri potest, ut is recte quenquam erudiat, qui sit ipse incruditus. Quem simul atq; natus eris, fac modis omnibus efficias, ut ille patris in te, tu filij uiciſſim in illum induas affectū. Ad quod quidem cum ipsa honesti ratio nos debet adhortari, quod non minus debeamus ijs à quibus recte uiuēdi rationē, quam à quibus uiuendi initia sumpsimus: tum mutua ista benevolentia tantum ad discendum habet momēti, ut fruſtra sis literarum præceptorē habiturus, nisi habueris & amicum. Deinde ut te illi & attentum, & assiduum præbeas. Contentione enim immo dica nonnunquam obruuntur ingenia discentium. Assiduitas uero & mediocritate sua perdiuat, & quotidianis incrementis maiorem opinionem accutum accumulat. Satietate cum omnibus in rebus, tum in literis nihil perniciosius. Laxanda est igitur aliquoties illa literarum contentio: intermissioni lusus, sed liberales, sed literis

teris digni, & ab his non nimis abhorrentes. Imò medijs  
ip̄sīs studijs perpetua quēdam uoluptas est intermisēda,  
ut, ludum potius discendi, quam laborem existimemus.  
Nihil enim perquām diu fieri potest, quod non agentem  
diqua uoluptate remoretur. Optima queque statim, ac  
primum disce. Extreme est dementia, discere dediscenda.  
Quod in curando stomacho solēt precipere medici, idem  
tibi in ingenij seruandum puta. Causa ne aut noxio, aut  
immodico cibo ingenii obruas: utroq; enim iuxta offene-  
ditur. Ebrardum, Catholicon, Brachylogū, ceterosq; id  
genus, quos percensere neq; possum, neq; operare precium  
est, ijs relinquito, quos barbariem immenso labore discere  
iuuat. Initio non quām multa, sed quām bona percipias,  
refert. Sed iam rationem accipe, qua posis non solum re-  
flui, sed etiam facilius discere. Hoc enim in homine arti-  
fice prestare solet artis ratio, ut tantundē operis, quū re-  
flui, expeditiusq; tum levius etiam efficiat. Diem tibi in  
operas partire, id quod & à Plinio Secundo, & à Pio pon-  
tifice Max. uiris præstantissimis, factitatum legitimus. Princ-  
cipio, quod caput est, præceptorē interpretantem, non  
attentus modo, sed & auditus auscultato. Non contentus  
impligre sequi differentem, aliquoties preuolare contene-  
de. Omnia illius dicta memorie, præcipua etiā literis man-  
dabis, fideliſſimis uocū custodibus. Quibus rursus ita con-  
fidat caue, ut diues ille ridiculus apud Senecā: qui sic ani-  
mum induxerat, ut se tenere crederet, quicquid seruorum  
quisquam meminiſſet. Noli committere, ut codices habeas  
eruditos, ipſe ineruditus. Audita ne effluant, aut apud te,  
aut cum alijs retracta. Nec bis contentus, aliquam tem-

sporis partem tacite cogitationi tribuere memento: quam unam D. Aurelius tum ingenio, tum memorie in primis conducere scripsit. Conflictatio quoq; et tanquam palestra ingeniourū, neroos animū precipue tum ostendit, tum excitat, tum adauget. Nec sciscitorī, si quid dubitabis: nec castigari, si quid errabis, sit pudor. Nocturnas lucubrations, atq; intempestiva studia fugito: nam et ingenium extingunt, et ualentudinem uebementer offendunt. Aurora musis amica est, apta studijs. Pransus aut lude, aut deambula, aut biliarius confabulare. Quid quod inter ista quoq; studijs locus esse potest? Cibi non quantum libidine, sed quantū ualentudini satis sit, sumito. Sub coenā patulisper inambula: coenatus, idem facito. Sub somnū exquisiti quippiā, ac dignū memoria legitio. De eo cogitantē sompor opprimat: id experrectus, à te ipso reposcas. Plinianū illud semper animo insidcat tuo: Omne perire tēpus, quod studio non impertias. Cogita, iuuenta nihil esse fugacius: que ubi auolarit senecte, reddit nunq;. Sed iam hortator esse incipio, indicem pollicitus. Tu suauissime Christiane, hanc, formam, aut si quā poteris meliore, sequere, ac bene uale;

Quis sit modus repetendæ  
lectionis.

**Q**uibusdam prima ac unica fore cura est, statim ad verbum ediscere: quod equidē non probbo: est enim tum magni laboris, tum fructus propè nullius. Quorsum enim attinet, p̄sittaci more, uerba non intellectu reddere: Commodiorē igitur uiam accipe, Lectionē quidem audiā tam continuo relege: ita, ut uniuersam sententiā paulò altius animo infigas. Deinde à calce rursus ad caput redi-

bē,

bis, & singula verba excutere incipies: ea duntaxat inquirens, que ad grammaticā curam attinent. Videlicet, si quod verbum obscurum, aut antiquis derivationis, si heteroclitae coniunctionis: quod supinum, quod pretertitum faciat: quos habeat maiores, quos nepotes, qua constructionem, quid significet, & huiusmodi nonnulla. Hoc ubi egeris, rursum de integro percurrito: ea iam potissimum inquirens que ad artificium rhetoricum spectant. Si quid venustius, si quid elegantius, si quid concinnius dictum videbitur, annotabis indice, aut asterisco apposito. Verborum compositionem in species, orationis decora scrutabere. Autoris consilium indagabis, qua quicque ratione dixerit. Vbi quid te delectauerit ucheinuentius, cause præter easam, quod aiunt, fugias. Fige pede, ac abs te ipsorum exige, quatre tantopere sis ea ratione delectatus: cur non ex ceteris quoq; parem ceperis uoluptatem. Inuenies te acumine, aut exornatione aliqua oratoria, aut copositionis harmonia: aut, ne omnia persequaris, simili quamvis causa commotum fuisse. Quod si aliquod adagium, si qua sententia, si quod proverbium uetus, si qua historia, si qua fabula, si qua similitudo non inepita, si quid breuiter, acutè, aut alioqui ingeniose dictū esse videbitur, id tanquam thesaurum quendam animo diligenter reponendum ducito ad usum, et ad imitationem. His diligenter curatis, ne pigrat quarto iterare. Nam hoc habent cruditorum virorum, summo ingenio, summis uigilijs elucubrata scripta, ut milles selecta, magis, magisq; placeat, semperq; admiratori suo nouū miraculu ostendant. Id quod tibi in tabula tua se penumero, nec sine causa ladata, eueniire

solet, quod antea non animaduertissemus. Idem tibi multo amplius in bonis autoribus eveniet. Releges igitur quanto, ac que ad philosophiam, maxime uero et hinc referri posse uideantur, circuſpicias, si quod exēplū, quod moribus accommodari possit. Quid autem est, ex quo non uel exemplum uiuendi, uel imago quedam, uel occasio sumi queat? Nam in aliorum pulchre ac turpiter factis, quid deceat, quid non, iuxta uidentur. Hec si facies, iam uel edidiceris, quanquam aliud egisti. Tum deum, si libet, ad ediscendi laborem accedito: qui tum aut nullus erit, aut certe perquam exiguis. Quid deinde? Restat, ut cum studioſis congregariis, tuas annotationes in mediū profras, nūcissimq; illorum audias, alia laudabis, alia reprehenderis, tua partim defendes, partim castigari permittes. Postremo quod in dijs laudasti, tuis in scriptis imitari conaberis.

*egredie  
ni genit  
er*

Secreta studia à doctis laudantur: at ita, ut postea è latibris in arenam prodeamus, uiriumq; nostrarum periculum faciamus. Id quod sapientissime à Socrate est dictum. Experiamur utrum partus ingeniorū uitales sint, nimirū obstetricum industrian imitati. Quare alternativum utrisq; utetur, qui non usulgariter uoleat euadere doctus. Vale.

Aliud exemplum de uita aulica.

*Scribis te nolentem ac reluctantem, uoluntate paren-*  

*Stum rapi, protrudiq; in aulam principis. Quando igi-*  
*tur neceſſitas uincit non potest, supereſt ut commode uten-*  
*do perficias, ut aliquando te iſlbine explices quam mi-*  
*nimo malo. Nec enim omnibus infeliciter cefſit, hac adiſſe.*  
*I. aidem. Et ne tibi uidear non satis grauiſ admonitor,*  
*ſcito me ab ipſa pueritia ad annum uisque quinquagesimum*

in aulis principum militasse. Primum illud tecum statuto, ne quid cui credas, quantumvis in speciem amico, quantumvis arridenti, complexanti, pollicenti, deieranti. Nec quenquam existimes tibi ex animo amicum, nec tu sis cuiquam amicus ex animo: tamē perinde quasi neminem non ames, ita blandus et emolis esto singulis. Esto largissimus eorum officiorum, que tibi nihil adferunt impendij. Saluta blande, cōplettere, cede uiam, aperi caput, subinde respete honoris et charitatis titulos, lauda affationem, pollicere benigniter. Prius igitur domi uultum componito, ut is tibi paratus sit ad omnem fabulae partem, ne quid ueri affectus in facie sublueat. Meditāda domi est actio, ut oratio uultu, ut uultus, ac totius corporis gestus, orationi suæ subseruat. Hæc sunt aulicæ philosophiae rudimenta: ad quæ nullus erit idoneus, nisi prius omnē pudorem absterrit, ac uultu nativo domi relicto, quasi personā sumpserit. Proximum erit, ut factiones totius aule subodoreris, sed ita, ut cui te facile admisceas. Si quos, aut si quas uideris nibi non posse apud principem, uide ut te semper infestas ad latus natus furias. Nec pudeat, aut pigrat affectari morionibus etiā, quos animaduerteris esse gratos ioui. Sed hunc ipsum omnibus technis captabis. Quoties in illius conspectu consistes, arte prete feres simplicem quandā dacritatem, quasi gaudio gestias, quoties illi datur adesse. Et postea quam cōperisti, quibus rebus offendatur, quibus oblectetur, non multū erit negotij apud illum quantumvis magnam inire gratiam. Commode subseruies, ad orationem arridebis: si loqui non dabitur, applaudes uel admirabundus. Sed apud alios plenis, ut aiunt, tibijs

illius laudes decantabis: Aliqui certe perferent, si passim  
 prædicaueris. Nunc hic, nunc ille tibi captādus erit munu-  
 sculo, sed elegāti et apto magis, quām precioso, ne uidearis  
aureo pīscari hāno, prētium addes oratione. Excusabis  
tenuitatem fortune. Vbi illa contigerit opulentior, polli-  
ceberis montes auricos. Si qua prēda affūserit, caue quis-  
 quam Deorū aut hominū tibi tam charus sit, ut illi cedes.  
Semper tibi proximus esto. Quoties de re agitur, uel pa-  
 tri uerba danda sunt. Non semper in aula spirant uenti  
sequundi: ubi spirant, arripienda est occasio. Nullius in-  
 riuſurādi tam sancta sit tibi religio, ut huius gratia patia-  
 ris opimam prēdā elabi de manibus. Si quibus principem  
 senseris ucheincenter infensum, ac diuersam factiōnē gesti-  
 te uictoria, semper accōmoda te felicioribus, sed ita, ut d-  
 iteram partē non ledas capitaliter, nisi id fiat tuo magno,  
 certoq; bono. Solent enim principū fauores, uentorum in-  
 morem subinde restare in diuersum. In summa, ubiq; ue-  
 nare commōdu tuum. Ne quē aperte lēdas. Caue mensam  
 habeas domi, ea res exhaustet te sumptibus. Longè prē-  
 stat conūlūam esse, quām conūlūatorem. Noli supputare,  
 quanti cōslet una cot na domi data, sed subducito rationē,  
 ad quantum summan post annum ea res tibi sit redditura.  
 Proceres aliquot cole. Horum mēsis te adiungito, sed ita,  
 ne crebrius ad eundē. Hic contis & commodus esto conui-  
 uia, sic festiuus ac lepidus, ut ne quem offendas. Si quid in  
 te dictum erit petulātius, in lusum, iocumq; uertito, etiam  
 si seria res sit. Ab omnibus tanquā ab hostibus cauetu. Ne  
 cui concredas, unde te posuit ledere. Si quos senseris tibi  
 parum amicos, fac artificio summo diſsimiles, et commu-  
 njave

nibus officijs hoc magis apud illos animum ages. Lauda  
apud eos, quos suspicaris renuntiaturos. hac arte aut fient  
amici, aut mitius erunt inimici. Tantū caue, ne qua detur  
ansa ledendi. In ceteris negotiis aulicorū es loquax, con-  
gerro. Tantum ab aula temperato: si quidē ad hunc scopu-  
lum multi fecere naufragium, sic, ut uix licuerit evanescere  
mudos. Da operam, ut quam minimum inquineras. Ad rem  
angendam & constabiliendam ubiq; uigila. Vbi satis pīs  
queris, ex cogitanda ratio, ut, quod paucis contigit, felicia-  
ter ab aula te subducas, tibiq; uias. Neq; perpetuus ade-  
sis principi, neq; nimium diu absis: quorum alterum pa-  
rit tedium, ac satietatem, alterum oblinionem. Ut autem  
etiam cōmodo tuo absis, ambi legationes, sed favorabiles,  
minimiq; negotijs, ita subinde redibis nouis ad principem  
tuū. Semper es querulus ac petax, & quē adinodū callide  
de meretrices, uarijs non inibus ac modis, semper aliquid  
aferient ab amatoribus, ita tibi studio sit, semper aliquid  
aferre à principe. Sed ea potissimum petenda, quae ille sine  
suo sumptu largiri potest. Quod genus sunt sacerdicia,  
prepositura, abbacie. Si quid erit tale, cuius tu capax no-  
sis, suborna qui petant suo nomine; sed tuo cōmodo. Hec  
arbitror esse satis pro primis elementis: posthac ubi te  
prosecuisse uidero, abstrusiora quedam impartiam. Vale.

Exemplum epistolæ, quæ habet ad-  
mixtam obiurgationem.

**C**ontigit tibi genus cum primis honestum: contigu-  
tates satis amplæ: contigit ingenium: contigit eruditio  
non vulgaris, nec deest iudicium. Quid multiss? felix eras,  
nisi unam quiddam tibi dcesset, ut hoc tua pace dixerim.

Nam hec qui scribit, tibi ex animo bene uult, ut si quis  
 alius. Quid isthuc? inquies, ut animo imperes tuo, mi Se-  
 xoni. Quid conferunt literæ, si nescias uti? Non herde  
 plus, quam cibara ei qui nesciat canere. Ad hoc discitur  
 philosophia, ut ne quid agatur ex affectuum arbitrio, sed  
 ex rationis iudicio. Et unum hoc quod deest ad felicitas-  
 tem, ipse tibi præstare potes: præstiteris enim illico, si ma-  
 gnopere uelis. Quid tibi cum ipsis litibus? Sit interim le-  
 uis momenti, quod et rem deters, et temporis iacturam  
 facis, animi tranquillitate cares, et minus incundus es u-  
 xor, liberis, amicis, minus adeò tibi ipsi: uides toties peri-  
 citari ualeitudinem tuam. Ut belli, sic litis incertus cuen-  
 tus. Sed finge certum uictorianus: queso te, totum hoc quod  
 euincas, tot incommodes emendum putas, etiam uita discri-  
 mine! Scio, non facis ista tuopte ingenio, quo nihil est ad  
 pacem, et amicitia propensius. Instigat te lippus ille ue-  
 terator, homo factus ad lites. Sed obsecro te per nostram  
 amicitiam, qui magis libet isti uni auscultare, quam opti-  
 mo parenti, quam bis amicis, qui tibi non minus bene uo-  
 lunt, quam sibi? Tu quidem pro tuo candore alios æstimas  
 è tuo ingenio: at ueretur ne cōsulter iste sibi consulat, non  
 tibi. Mihi uultus ipse bonum is imposorem clamitat. Atq;  
 utinam hic mihi sit laeta mens: sed ueretur ne scero sapias,  
 meq; uatem uerum fuisse dicas. Reijce nebulonis uenena-  
 tam blandiloquentiam. Patrem uirum et singulari pru-  
 dentia preditum, et tui plus quam paternè amantem: imo  
 tuum ipsius ingenium, tuam eruditioñem in consilium  
 adhibe. Recum per arbitros cum affine transige, uel parum  
 equis conditionibus: fortasse capies aliquod rei dispen-  
 dium.

dium. Crede mihi, si rerum omnium rationem subduxeris, istud dispendum summum erit compendium, etiam si in solidum pereat, quo de lis est. Vale.

### Monitoriae sylva.

**N**am neq; pugnandum arbitrarer contra tantas opes, Cleopatrae, neque defendendum, etiam si id fieri posset, summorum ciuium principatum, neq; permanendum in una sententia, conuersis rebus, ac bonorum voluntatibus mutatis, sed temporibus assentiendum. Nunquam enim prestantibus in Repub. gubernanda uiris laudata est in una sententia perpetua permanacio, sed ut in nauigando tempestate obsequi artis est, etiam si portum tenere non quæcum uero id positis mutata uelificatione assequi, stultum est cum tenere cum periculo cursum, quæ ceperis, potius, quam eo contumato, quod uelis tandem peruenire: Sic cum omnibus nobis in administranda Repu. propositum esse debeat id, quod à me sepiissime dictum est, cum dignitate oculum: non idem semper dicere, sed idem semper spectare debemus.

Etsi eo te adhuc consilio usum intelligo, ut id reprehendi mitigando, dore nō audeam, nō quin ab eo ipse dissentiā, sed quod ea te sapientia esse iudicē, ut meū consilii non anteponā tuo, tamē & amicitie nostrae uetus, & tua summa erga me benevolentia, que mihi iam à pueritia tua cognita est, me bortata est, ut ea scriberē ad te, que & saluti tue conducere arbitrarer, & non aliena esse ducerem à dignitate.

Sed quoniam quod mihi placaret ostendi, reliqua tu pro tua prudentia considerabis.

Scribam aperte, sicut & mea natura, & nostra amicitia postulabit.

Oro, obtestorq; te, pro nostra ueteri coniunctione, ac  
necessitudine, proq; summa mea in te benevolētia, & tua  
in me pariter, te ut nobis, parenti, coniungi, tuisq; omni-  
bus, quibus es fisiūq; semper charissimus, saluum conser-  
ues: in columbitati tue, tuorumq; qui ex te pendent, consu-  
las. Quæ didicisti, queq; ab adolescentia pulcherrime à  
sapientissimis uiris tradita memoria, & scientia compre-  
hendisti, ijs hoc tempore utare: quos coniunctos summa  
benevolētia, plurimiñq; officijs amasti, eorum desiderium  
si non æquo animo, at forti ferat.

Nunc tantum significandum putaui, ut potius amorē  
tibi ostenderem meum, quam ostentarem prudentiam.

Adbuc enim patitur tua summa humanitas, & sapien-  
tia, me quod sentiam, liberè dicere.

Lib. x. epistola: Quæ locutus est Florius noster.

Cicad Antic.

Vt enim gubernatori cursus secundus, medico salus, im-  
peratori uictoria, sic huic moderatori R. eip. beata ciuium  
uita proposita est, ut opibus firma, copijs locuples, gloria  
ampla, uirtute honesta sit. Huius enim operis maximi inter  
homines, atq; optimi illum esse effectorem uolo.

Vehementer à te Brute dissentio, neque clemētie tue  
concedo, sed salutaris severitas uincit inanem speciem cle-  
mētie. Quod si elementes esse uoluerimus, nunquam de-  
erunt bella ciuilia.

Hec ex oraculo Apollinis Pythij edita tibi puti, nihil  
potest esse uerius.

Nunc Cicero, nunc agendum est, ne frustra oppressum  
esse Antonium ganisi simus, neu semper primi cuiusq; ma-  
li excidendi causa sit, ut aliud renascatur illo peius.

Etion

Etiam illud te admoneo, ne quid ullis literis cōmittas,  
quod si prolatū sit, moleste feramus. Multi sunt, que ego  
nescire malo, quam cum aliquo periculo fieri certior.

Nec te tam longe nauigationi & viae per hyemē nisi Cic. epist. 16.  
bene firmum cōmittas, ne ue nauiges, nisi explorare. Qui  
cupide profecti sunt, multi naufragia fecerunt. Solēt nau-  
te festinare questus sui causa, cautus sis mi T yro.

Accipi tuān epistolam uacillantibus literulis, nec mi-  
rum tam graui morbo.

Audio te animo angi, & medicum dicere, ex eo te lae-  
borare. Si me diligis, excita ex somno tuas literas, huma-  
nitatemq; propter quam tu es mihi charissimus.

Nunc opus est te animo uadere, ut corpore possis. Id  
quam tua, tum mea causa facias, à te peto.

Mibi crede, tuis literis perleclis, exilii gaudio.

Quid est enim negotij, continere eos quibus presis, si  
te ipse contineas? Nam ut quisq; est uir optimus, ita diffi-  
cile esse alios improbos suspicatur.

Multis enim simulationū inuolueris tegitur, & quasi  
uelis quibusdam obducitur unius cuiusque natura. Frons,  
oculi, uultus, persæpe mentiuntur, oratio uero səpissime.

Quid enim ei præcipiam, quem ego in hoc præsertim  
genere intelligam prudentia non cū inferorem me, usu  
uero etiam superiorem?

Quapropter incumbe toto animo, & studio omni in  
eā rationem qua adhuc usus es, ut eos, &c.

At ille quidem princeps ingenij & doctrinæ Plato, tū  
denique fore beatas Rēpublicas putat, si aut docti, ac sa-  
pientes eas regere cōpissent, aut qui regerent, omne stu-  
diūm

dium in doctrina ac sapientia collocaſſent.

Mitigatio mo-  
tus.

At ea quidem que ſuprà ſcripta ſunt, nō ut te iſtitu-  
rem ſcripsi ( neque enim prudentia tua cuiusquam pre-  
cepta deſiderat ) ſed me in ſcribendo, commemoratio tue  
uirtutis delectauit : quamquām in hiſ literis longior fui,  
quam aut uellem, aut me fore putauit.

Sed te illud admoneo, ut te ante compares, quotidieq;  
meditere reſiſtendum eſſe iracundie: quā ea maxime ani-  
mum mouet, tum diligenter lingua eſſe continentam:  
que quidem mihi uirtus, non interduum minor uidetur,  
quam omnino non traſci.

Mitigatio mo-  
tus.

Nihil enim nec temere dicere, nec aſtute reticere de-  
beo. Apud Xenophontē eſt Cyri et Ageſilai ſummo impe-  
rio nullum unquam uerbum aſperius auditum fuſſe.

De ſorore quod ſcribis, teſtis erit tibi iſta, quanta mihi  
curæ fuerit. Utinam fratriſ in eum animus eſſet is, qui eſſe  
deberet. Quem quam eſſe offenſiorem arbitrare, eſt lite-  
rass ad eum niſi, quibus et placarem ut fratre, et mone-  
rem ut minorem, et obiurgarem ut errantem.

Tu pro tua prudentia, quid optimū ſit factu, uidebis.  
Niſi mihi fortuna proprium conſilium extorſiſſet, et c.

At uide quanto diligentius homines metuant, quam  
meminerint.

Pecunia omnium dignitatem exequat.

Nunc te obiurgari patere.

Plinius. Neque enim tantopere mihi conſiderandum eſt, quid  
uir optimus, in præſentia uelis, quam quid ſemper ſi-  
probaturus.

Quò magis te, cui uacat hortor, cum in urbem proxi-

me ueneris, ueriss autem ob hoc maturum, illi te exposciendum limandumq; permittas. Neq; enim ego, ut multi, inuidco alijs bonum, quo ipse carco, sed contrà sensum quendam uoluptatemq; percipio, si ea que mihi denegantur, amicis uideo superesse.

Quod tibi scripsi, ut te sortitū prouinciam præmonorem, plurimum tibi credas, nec cuiquam satis fidas; deinde scias, si quis sorte te, quod abominor, fallat, parata ultiō nem: qua tamen ne sit opus, etiam atq; etiā attende. Neq; enim tam iucundum est uindicari, quam decipi misserum.

Poſſum ego, quod pluribus uerbis, pluribus etiam uoluminibus philoſophi docere conantur, ipſe breviter tibi, mihiq; præcipere, ut tales esse fani perſeucremus, qualem nos futuros profitemur infirmi.

Lib. i. Tota epiftola, cuius initium: Cōſulis an exiſtimem.

Quorsum hæc? ne tibi opūme in dolis inueni, quoruſam immensa luxuria, ſpecie frugalitatis imponat. Conuenit autem amori in te meo, quoties tale aliquid inciderit, ſub exemplo præmonere quid debeat fugere. Igitur me mento nibil magis eſſe uitandum, quam iſtam luxuriam, & ſordium nouam ſocietatem, quæ cum ſint turpiſſima, diſcreta ac separata, turpius iunguntur.

Lib. ii. Tota: Cum patrem tuum.

Quomodo principes ſub ſpecie laudis excitandi ſunt ad honesta, docet Plinius libr. iiij. epift. Officium cōſulatus.

Rurſum lib. viij. epift. Terret me hec tua.

Eodem lib. Quæris quemadmodum, de ratione ſtudij.

Item eodem lib. Deliberas mecum.

Rurſum epift. Gaudeo quidem. Rurſum lib. viij. Amor in

in te meus cogit, non ut præcipiam ( neque enim præceptore eges ) ad non eam tamen, ut que scis teneas, & obserues, aut scias melius. Nam tota usq; ad finem, huius argumenti est, & elegans.

### Monitio mea.

**D**E malo principe tacendum censeo, nā si male loquaris, ingens periculum est: si bene, graue flagitium est.

Non te cuiusquam autoritas abducat à recto. Est quidem consultum inbærere maiorum uectigij, siquidem illi recto itinere præcesserunt. Alioqui quid interest, inter hunc initatorem, & gregem, ducem illum suum, quo quō se confrat, sequentem?

Hoc ipso ubi places, quod ipse tibi disflices. Nam uerissime dixit Plinius: Magis in studijs homines timor, quam fiducia decet.

Malignatio ad  
monitionis.

E de tandem aliquod indolis tuae specimen. Ostende te aulae, ostende Reipub. patere te assignari fame. Scis illud, occultæ musices, &c.

Ostende, qd in te, hoc est, in opere pulcherrimo desiderē. Quem ji sine exceptione laudasset, & fide caruisset laudatio, que in nullum competit mortalem, & tibi nihil profuisse. Nunc omnes intelligunt, & intelligis ipse, mihi cetera uere placere, quam non dissimularim, que mihi disfliccant.

Scicbas tibi nihil opus esse monitore, sed tamen libuit admonere, ut quod facias, fáceres.

Quod transactum est, reuocari iam in integrum non potest: quid in postcrum oporteat fieri, consulendum est.

Nunc monere te, serum est: obiurgare, inhumanum:

utinam

stinam aut ego possum te ex ipsis malis eximere, aut tu monitis meis obtemperans, in ista non incidisses.

**Quid faciam?** Obiurgabo te, qui toties admonitus, ut caueres, uelut obstinato deuotoq; animo temet in istas calamitates coniceris! Sed ærumnosum amicum obiurgare, crudele est. Admonebo! serum est. utinam serum non esset. Scio quām tu frustra soleas admoneri. Complorabo tuam infelicitatem: quid aliud quām plagan exacerbauerō? Vnum illud superest, si quid tamē superest, ne doloris impatientia, malis per se grauiissimis grauius aliquid adiungas, & omnes ingenij consilijq; tui nervos excites, ut tecum istinc euoluas.

Etiam atque etiam cura ualeitudinem tuam. Et quām quām est hyems, tamen memento te Auenione uiuere.

Deliberationem tuam ad amicos retuli, quorum una omnium est sententia, ut relictis ipsis nugis oratorum ac poëtarum, te totum ad ius pontificium conferas.

Cicero id epistole proprium esse putauit, ut cui scribitur, de ipsis que ignorat certior fiat. At ego ad te ea que nūdūs meipso tenes.

**Quare aut amori meo cōcedas oportet, aut hanc epistolam esse neges.**

### Responsio ad monitionem.

**R**aras tuas quidem (foris enī non perfiruntur) sed suaves accipio literāt, uel quas proxime accep- ram, quām prudentes, quām multi & officij, & consilij. E tñ omnia sic constitueran mihi agenda, ut tu admonebas, tamen cōfirmantur nostra cōfilia, cum sentimus pru- dentibus, feliciterq; suadentibus idem uideri.

De

## De amatoria epistola.

**A**MATORIE epistolæ non omnes eodem in genere ueniantur. Aliœ enim petunt, alie expostulant, alie queruntur, alie blandiuntur, alie purgant. Quare commode de his arte præcipi non poterat. Huius generis duas species nonnullos fecisse video, honestam & turpem. Nos honestam, conciliatoria appellamus, altera amatoria. Conciliatoria est, qua nos in benevolentiam antea ignoti insinuamus. Eam sic instituimus. Principio causas, quibus ad amicidâ illius amicitia sumus accensi, probabiliter expnemus: id quâquam uix citra assentationē fieri potest, tamen assentationis suspitionē accurate anouebimus. Deinde si quid in nobis erit, quod illi ad nos mutuò amandum prouocabit, id sine arrogancia significabimus, hoc modo:

Santeranus Fausto S. D.

**E**xemplum epistole conciliatoria.

**T**VA carmina que passim apud nos incredibili ostentatione conciliauerunt, iampridem me accenderunt, ut in amicorū tuorum numerū ascribi uehemeter arderem. Neq; enim diuinā modō ingenij quandam uirum etiam probitatem modestiamq; præse ferunt. Incitauit me currentē (ut aiunt) Antonius, qui persæpe mecum & amantissime, & facundissime de tuis moribus collocutus, ultro etiam hortatus est, ut ad te scriberē, te cum esse, qui non solum oblatas amicitias diligenter coleres, uerum etiā sponte tua soleas alios prouocare. In te quidem quum omnia summa ac diuinâ suspiciam, de me nihil adfirmare possum, nisi hoc unum, nempe traditurum me tibi omninem tui obscurantissimum, parum quidem crudulorum auditorum tamen candidissimum admiratorum,



et prædicatorem simplicem: simulandi ac disimulandi iuxta ignarum, et pertinacissimum amicorum cultorem: quidē parum beatum, sed animo beatissimum, liberū, apertum, facilem, deniq; tui cupidissimum. Hunc si tu uicissim amplecti potes, uel ob hoc ipsum, quod te tam perditè amat, fac eum in tuum gregem recipias. Quod si fecris, rem palmaria me hodie arbitrabor adsecutum. Tu porro ut ceteris rebus omnibus superes, non committam ut amoris magnitudine tibi concedam. Vale, ac nos am.

Quod si pueræ animum ad mutuum anorem solici De amatoria tabimus, duobus potissimum arietibus utemur, laude, et præceptio misericordia. Laude enim cum omnes homines, tum pueræ in primis gaudet: potissimum autē à forma, in qua sumsum bonum constituunt, tum ab aetate, moribus, genere, cultu, et rebus consimilibus. Deinde quod mollisit animo id genus, et facile ad misericordia cōmouetur, quam maxime supplices uideri studebimus. Que illius sunt, uebenetè amplificabimus, nostra extenuabimus, aut certè summa cum modestia proferemus. Summum anorem, cum summa desperatione coniunctum ostendemus. Nunc lamentabimus, nunc blandicmur, nunc desperabimus: nunc rursus nos ipsos callide laudabimus, pollicebimur; exemplis utemur illustrū, et honestarum mulierum, que ingenuo amorī indulserunt, et inueniū ipsarū fortunis longè inferiorum. Amorē nostrum, quam honestissimum conabimur ostendere. Deniq; quam poterimus uerecundissime orabimus, ut si amantem redamare neutiquam dignetur, saltem amari se citra incommodum, equo animo ferat: quod nisi impetremus, decretū est apud nos quovis modo t crudelcm

crudelē abrumpere uitā. Exemplū būius p̄ceptionis,  
ab Ouidio ceterūq; poētis petent, quibus ea res curē est.  
Quanquām est genus amatoriarū epistolarū quod abest  
à nequitia, ieluti quū adoleſcēs probut probam, ac beue  
educatā puellā ambit uxorē ducere. quanquām hoc quoq;  
blanditias habet, habet lacrymas, querimonia, ſuſpiria,  
ſomnia, ceterāq; non turpia quidem illa, ſed ineptiora ta-  
men, & ad aliquā nequitie ſpeciem accendentia, que ne-  
ſcio an expediat adolescentibus proponere. Iu bis crit  
plus difficultatis, & uberior exercendi ingenij materia,  
quoties parv dinitis, obſcurus claro genere nate, defor-  
mis formosē nuptias ambit: deniq; quoties ſenex puelle.  
Omnes hē formē, quāquām ad genus ſuafiorū pertainent,  
tamen multū admittetur ex genere demonstratiuo, quōd  
amor laude potissimum concilietur. Hic ingenij fuerit ex-  
e cogitare rationes, quibus ſeipſum p̄dicet aliquis, citra  
ſpeciem arrogatiæ, aut ſoliditatis. Nisi perſonæ tales fin-  
gentur, ut hoc ipsum ſit affectandum. Qualis est apud  
Vergilium Corydon, apud Terentium Thraſo.

### Amatoriz sylua.

**Cleto.** **A** Vdi igitur me hoc l̄yantur dicentem, Ne uiuam  
mi Attice, ſi mihi non modo Tusculanum, ubi certe  
ſum libenter, ſed maxime r̄iſi tanti ſunt, ut ſin te ſim to-  
tos dies.

Nihil enim eſt (mibi crede) uirtute formosius, nihil  
pulchrius, nihil amabilius. Semper amauit, ut ſcis, M. Brat-  
tum propter eius ſummum ingenium, ſuauifimos mores,  
ſingularem probitatē atque constantiam: tamen i dibus  
Martij tantum accedit ad amore, ut mirarer locū ſuiſſe  
augendi

augendi in eo, quod mihi iam pridem cumulatum etiam uidebatur. Quis erat qui putaret ad eum amorem, quem erga te habebam, posse aliquid accedere? Tantum accessit, ut mihi nunc deniq; amare uidear, antea dilexisse.

Lib. vij. epist. Nunquam sum magis rursum: Scribis de p̄i j̄s.  
absentia mea.

Angeli Politiani epi. lib. ix. Cum superioribus diebus,  
De demonstratiū generis  
epistolis,

**G**enus demonstratiū raro quidē per se adhibetur, frequenter autem in alijs generibus incidit. Exempli causa: si quem cōmendare nitimur, in persone demonstrāda lande uersari necesse est, quod idem accidit in consolatione, petitione, exhortatione, admonitione. Preterea in criminatione, defensione, inuestiūa, et consimilibus generibus. Quod si cui suademus, ut in diam urbem aut villam cōmigret, demonstratione, eius loci facient ante oculos possumus. Quoties autem per se adhibetur, totum est ad desicationē accommodatum. Quare ut in pictura, ita in demonstratione conueniet adhibere sermonis uarietatē, uerborum apparatum, exornationum festivitatē, annominationes, membra, cōparia, contraria, uerba poētica. Si personā describimus, ut regis, regine, principis, alterius ue, ei cui ea sit ignota, rhetori super bac re notissimas preceptiones ignorare non oportebit. In epistola satis erit multus, totoq; corporis habitū, figurā, gestum, motumq; tanquam pictura exprimere: deinde ad animi, fortuneq; commoda ueniemus. Quod sat̄ luculenter à rhetoribus preceptum, neque cognitu difficile, prudens pretereo. Si

Descriptio per  
sonæ.

Loci descri- locum quempiam describimus, perinde ac si hominē manus  
prio. in eum duceremus, primum tanquam procul intuenti uni-  
uersam loci faciem cogitationi subiectemus. Situm tanquam  
depingentes, describenus. Num in edito, an bimuli, an  
declivi: in plano, an monte: nemoroſo, an ſecus. Quo flu-  
mine, mari, aut lacu alluat, aut cingatur. Quantum  
paſſuum in longum, in latum, in ambitu contineat. Hic  
conſideratis cœli plagi, quem proſpectum, quas urbes,  
quos agros, quos montes, que nemora in unanquanque  
partem habeat. Quo ſole illuſtretur, quibus uentis truda-  
tur, cui cœli portio ni ſubiaceat, cuiuſmodi cœlu habeat,  
ſalubre, an peſtilens, amoenum, an ſecus, exponemus.

Deinde tanquam proprius accedentes, ſingula acceratim  
oſtendemus: ut quicq; aduenientibui ſeſe cōſucuit offir-  
re, ita primum exponemus. Si uillam aut amplum edificiū  
demonſtrabimus, a primo ingressu exordiemur, cuiuſmodi  
atrium, quantū, qua figura, quo lapide, quot habeat cu-  
bicula, et in quam partē uergentia, quem in quāq; partem  
habeat proſpectum. Deinde areā, uestibulum, penetralia,  
cōclavia, triclinia, breuiter totum edificium lustrabimus,

Fluminis aut la- ſitum cuiusq; rei ſine conuione exprimētes, ut is qui le-  
git, cum lo- cum uidere ſe oculis putet. Si flumen aut lacus  
erit, quām amplū, quām rapidū, quo colore, unde naſca-  
tur, unde du geatur, qua præter luat, quō influat, diligēter  
exponemus: quos ſinus faciat, quas iſulas, quos agros,  
que nemora irriget, quod piſciū genus, que piſcan-

Agrorum de- di, ac nauigiorū forma. Si ager erit, quid ferat, quantum,  
ſcriptio. Montis descri- quo ritu colatur, cuiuſmodi cultores, quod arborū genus,  
prio. cuiuſmodi uinū proferat. Si mons, à radicibus uſq; ad ca-  
cum

cumen omnia diligenter perlustrabimus: et si quid habeat nouum, prodigiosum, aut alioqui memorabile: qualis est apud Pomponium Melam descriptio montis Atlantis, apud Plinium Aetna. Ad hoc pertinet amphitheatrorum, animatum, pomparum, tabularumque descriptio. Vocabulorum idoneorum uim, ex eorum libris qui de situ orbis Latinè scripturunt, quicquid de architectura, facile comparabimus. Et incidit hoc genus persæpe, quoniam peregrinantes ex itinere de nouis rebus trascribimus. Si quæ locum insignem, principem nobilē, si quod animal inusitatū uidimus, id bis rationibus, summa cum legentis uoluptate describemus. Loci describendi exemplum erit, Tuscotorum, ac Laurentis apud Plinium: et regie Psyches apud Apuleium, et alias descriptiones crebræ apud poetas et historicos: ueluti dominus Somni et Famae apud Ouidium, Cleopatre Cydno aduersitate apud Plutarchum, picturarum apud Philostratum. Si genus hominum describimus, à corporum descriptione exordiemur, deinde ad uestiu genus, ad animalium habitus uenimus. Postremò uiuendi ritum omnē ante oculos ponemus. In hoc denum genere, siue laudemus, siue uituperemus, hypotyposim, effictionem, imaginem et exornationem, quam notationem appellat Cicero, et si quod aliud schema, quod ad energiam facit, scitè exhibebimus. Itaq; de hoc genere hec precepisse sat erit. Nam ex eius singula demonstrare, perlongū sit, et undecūque magna uis explorū suspetit.

### De Iudiciali generis epistolis, & primum de Criminatoria.

**S**I quem accusare uolumus, et cause statum, et confirmationes, confutationesque, argumentandi rationes, et

t 3 quibus

quibus rem uerisimilem , aut dissimilem faciamus , quibus exaggeremus , quibus extenuemus , ea omnia è rhetoram præceptis precepta habere conuenit. Neq; enim alio arti fictio scribitur epistola , quam oratio. Tam en quoniam in epistola breuitas esse debet , & singulos locos persequi non licet , ea quæ potissimum ad rem spectant , excerptemus , multa in suspicione relinquimus . In criminatoria igitur epistola nonnunquam ab abrupto principio conueniet exordiri , quo statim et nostrum dolorem , & rei atrocitatem indicemus . Id crit , si uel à conquestione , aut dubitatione , uel ab exclamacione , aut alioqui figurata oratione initium capiemus . Quanquam idem apud Iudices fieri uentur rhetores . Deinde rem uerisimiliter narrabimus , argumentationes , & amplificationes eidem breuitatis causa admiscentes . Mox probabilibus argumentis rem docebimus . Postremò epilogū , aut aliquid epilogi loco subiiciemus .

### Exemplum.

Pudet me , ita me Deus amet , praefete iustissime , de mei hospitis , tui ciuis insigni contumelia queri . Quid autem dixi contumeliā ? Non occurrit vocabulum , quo rem atrocissimā satis dignè explicem : neq; illa tragedia nepario sceleri par inueniri poterit . Quod ubi acceperis , que tua est equitas , innocētiāq; & mee cōditionis misericordia , & ciuis tui nebemeter pudebit : si tamen eiusmodi nebulōnes

Narratio . pro ciuibus tuis sint babēdi . Et tēpestlate illa , omnium quas uel uidimus , uel audimus , saeuissima , que pridie 1 d̄is Octob. sexaginta onerarias naues , omni mercium genere refertissimas , in mari Adriatico oppresit , Varus Saxoniū inter multa hominū milia , quæ naufragio periisse , soles

Ius, aut certe cū perpaucis, cīmersit, homo omnīū quos terra  
 sustinet impīssimū. Credo uel in meā perniciē à Nea-  
 ptuno mihi irato scrūatum; uel certe quōd maris clementia  
 pestem talem sub T artara potius præcipitandam ex-  
 borruerit. Excepi hominē nudum, cīgentē, squallidū, con-  
 fectum, seminecēm. Cur, inquies, tale portētum in domum  
 tuam uocabas? Irato genio, dīs iratis, mente leua, fatigor,  
 neq; enim postulo ut hanc appelles humanitatem & mi-  
 sericordiam, attanē ut hominem excepti: mouebat me ho-  
 minis misérada conditio, & eō magis, quōd ipse eiusmo-  
 di calamitatis rūdis non essem. Per pulit multi orū cōmē-  
 datio: bortabatur patria, quam tamē si mea non est, tamē Verissime  
sicut.  
 nō secus ac meam semper sum amplexus. Vincetar fucas  
 tissimi nebulonis, mira quadam, sed falsissima specie' pro-  
 bitatis, oratione, lacrymis, ipsa denique canicie. Hec uel  
 quemuis astutum hominem fallere poterant. Nunc quid  
 ego conuincoren, que mea fuerit in illum conitas, libe-  
 ralitas, hospitalitas? In intimam familiaritatem admisi de-  
 mens. Omnes fortunas communes feci: familiam, & rem  
 domesticam eius manibus concreddidi. Ita duos ferme men-  
 ses apud me est humanissime habitus. Hic ego dictum illud  
 nimium uerum esse sum expertus. Non minus esse pericu-  
 lum malis benefacere, quam bonis male. Nam ille bonus  
 uir, repente ex hospite prälio, ex fine factus est stupra-  
 tor. Cum famula domestica clam rem habuit, ac grauidant  
 mihi reliquit. Indignum facinus clamatib; scio. Sed manc,  
 nondū tragœdie audisti argumentum. Nam hactenus co-  
 media uideri potest. Quum iam foedissimā fugam consti-  
 tuisset, sacratissima ea nocte, que Christo est natalis (ui-  
 t + dc, ut

de, ut scite sceleris artifex tēpus delegerit) quā iam uxor  
cum reliqua familia, ecclesiasticis uigilijs operā daret, me  
preter morem, & illo insperante, domi relicto, eō quōd  
subito dolore correptus essem, iam intempesta nocte, in  
proximo filie cubiculo strepitum audio, nescio quē, deinceps  
de stridorē, tanquā ferro effringētis. Miror quid sit, puca  
rum excitum iubeo uisere: offendit hominē. Mentitur se  
ab uxore missum ut preculas, quas filia reliquerat, adserat.  
Paulò post clariori etiā strepitu exit. Post horam frē  
uxor anhela domū accurrat. Percontor quid nouæ rei sit:  
ait filian inter frequentē turbam ē suo comitatu dilapsam  
nusquam apparere. Oboritur utriq; certa suspicio: mihi  
quidem ē strepitu, uxori uero multo amplius, quōd cum  
aliquoties antea furtim cum ea cōfabantem cōperisset,  
tum ea nocte, nescio quid consurrationis animaduerte-  
rat. Mibi quoq; tot res coniecturam facere poterant, nisi  
talpa cecior fuisset. Pallebat mihi canus amator, macies  
uultum obduxerat. At ego illum aqua maris, non igni se-  
nili pallere putabam. Cubiculum ingressi, scrinium effra-  
ctum offendimus, arma relicta, sublatum & uestium, &  
pecuniae, & anulorū, ut quicq; occurrerat farto fugacē  
comodisimū. Quid facerē, & spoliatus hospes, & plus  
quam orbus pater: & nox & byens, & solitudo urbis,  
denique & ip̄a diei reugis prædoni fauebat. Hic animi  
mei curas facilius fuerit tibi estimare, quam mihi narra-  
re. Ciues aliquot agrē contrahbo, exilio, percontor, uestis-  
go, audio una cum puella cōspectum, uia quam obliquam  
uulgō nominat, suffarinat, & admodum properantem.  
Intelligo infelix. Itum est ad portum, quōd ea ducit uia,  
nibil

nibū inuenio preter scalmū ulteriori in ripa, in citeriori zonā, quæ tumultuāti filie exciderat. Sedeo exanimes-  
tus, orta luce, quæ mihi tristissima lōge omnīq; funestissi-  
ma illuxit. Vbi res in uulgum emanauit, pāsim querelā  
fuerūt. Ab alijs mutuum acceperat, alijs imposuerat: aliis  
ex illius connictu aliquid desiderabat, nemini nō aliquid  
adserat mali. Sed quid me cōsoletur? cōmuniſ cū multis  
iniuria? Audio, sed heu serō audio, huiusmodi flagitia a-  
pud illū noua non eſſe. His artibus ita à puero fuisse exera-  
citatum, his rudimētis cōpisse, ut ſeipſum ne ſenex quidē  
unquā uincere potuerit. Nulla unquā honesta, Venere  
delectatiū, ne à cognatis quidē ſolitū abſtinere. Nihil un-  
quam ſacrum illi fuiffe: hominē ſemper fuisse alieni appre-  
tentifum, ſuorū profuſorem: ſimulandi ac diſimulandi  
mirum artificem. Quid enim ego hic optime uir, uel meā Epilogus.  
calamitatē uel illius ſcelus herbis exaggerem? Rem uides,  
qua quid unquā auditū eſt atrocium? Hōpitiū polluit,  
fidem perſide uiolauit, pro ſummis beneficijs ſummū ma-  
leſiū reddidit, familiam perdidit, uernaculaꝝ per ne-  
phas ille tam conſuprauit; ſcrinia cōpilauit, filiam puer-  
lani & unicam rapuit, me nudum, orbum, ſcē reliquit,  
à quo fuerat nudus, egensq; receptus. Quid illi poſthac  
ſcederatū uideri poterit, quem neq; hoſpitiū religio, neque  
tanta in ipsum mea benignitas, neq; legum metus, neq; nu-  
minis ullius reverētia, neq; etatis pudor, aut canities, neq;  
tam ſacræ noctis pietas à tā nephario flagitio potuit de-  
hortari? Quod portentum ſi quando in manus tuas inci-  
derit, non orandus es, ut meo nomine pernas tua ſeuerritas  
sumat, ſed ut optimā patriā teterrima peste liberet, quam

*funditus extingui, & deorum intersit, & hominū. Vale.*

Quum hæc recognoscere, optime lector, manifestò deprehendi me, quū illa scriberē, quō libro utcūq; absoluto, satisfacerē amico parū amico, q̄e quid ueniebat in buccā, chartis illeuisse. Alioqui nihil erat negotiū aliud argumētū excogitare, epistolis accōmodatius. Dicit aliquis, quid epistole cum tribunalibus? Imò frequenter & hoc genus incidit, ueluti quum nostrā, aut amici fanian purgantur, & tuemur aduersus obtrectorū columnias, nonnunquā recriminantes eos, qui crimen impingūt. Non ne D. H̄jeronymus, quum à se depellit intentatam stupri cum Paula suspitionē, totus uersatur in coniectionib⁹ argumentis, & locum communem trattat, à questionib⁹? Sed quoniam de nullo genere diligentius præceptum est ab artis scriptoribus, & hoc non admodū accōmodatum est pueris exercēdis, quibus hoc quicquid est operis potissimū paraatur, pergemus ad alia, que magis cōgruit huic instituto.

### De expostulatoria epistola.

**E**xpostulatio inter amicos persæpe fieri solet, quoties officium eorū requirimus. Ea ne quid amicitiam exasperet mitigāda est uel laude, uel ioco, uel dissimulacione, nisi talis erit cui scribimus, ut apud illū nihil nō liccat. Ipsam quidem rem d̄mnambus, sed uoluntatē quantū licet, excusabimus. Mirari nos dicemus, quid in causa fecerit, quidus sufficari malle, quām illum ab officio cessasse.

### Exemplum.

Cētenas iam ad te literas dedi, tu ne unas quidē reddisti. quid coniectē? quid diuinem? Vixerē te, an sepultum esse? Sed nūc, atq; etiam ualere, nuper mibi gener tuus nuntiavit

nuntiauit. Quonā uetus ille tuus in me animus euauuit?  
 Ita ne potuit ob diuturnā absentiā Guisielmo Lucius ex-  
 cidere? Potuit ne illa tam uehementis flamma languescere?  
 Potuit extingui tantū amoris incēdū? Et quō nostri tibi  
 cura receperit? Ego, mirū est dictu, quāto tui desiderio ma-  
 cerer: & tu fortassis nostri securus, nouis amorib⁹ te oble-  
 das. Nemīhi ueteres illas excusationes protuleris: non  
 fuit ocium, nō erat tabellarij copia. Quenam ista tam im-  
 portuna negotia, ut nec semihorā amico operam dare nō  
 sinant? At qui hoc saltē scribe, distineor occupatione, non  
 licet scribere. Vale. An me planè uacuum credis? Quot  
 noctes iucundis susurris cōsumpsimus, & nunc tantulum  
 somni defraudare, dum unum aut alterū uersiculum ami-  
 co scribas, piget? An uero tot iam mensibus nemo unquam  
 oblatus est, cui literas committeres, prafertim familiariss?  
 Nemo cui aliquid mandares, per quē me saluere iuberess?  
 Omnes istuc abeūt, istinc nemo emerget? Sed audio te nu-  
 per noua dignitate auctum: fortassis superbior nobis es fa-  
 cias, postquam esse cœpisti pecuniosor. Quod si cōmodo  
 tuo fit, modestius silentium feram tuum: sin uel obliuione  
 nostri, uel aliquo inconmodo detentus taces, grauiter, ut  
 par est, patiar. At ego quiduis suspicari malo, quām te offi-  
 cio tuo fundam non esse. Ut cuncte tamen res est, fac me  
 hoc scrupulo quam priuileuies. Nolum hac in re te cau-  
 san habere nimium bonam. Malo iure questus de te uide-  
 ri, quām tibi ualestudinē aduersam, silentij causam fuisse.

### Aliud exemplum.

Hem isti mandes, si quid recte curatum uelis. Te ne ita  
 dormitasse in rebus amici tam scrijis? Sed ego tibi non suc-  
 censio

censeo, nubi succēso, qui tibi mea curanda mandarim, nō  
ignarus, quām in tuis ipsius negotijs soleas esse indiligēs.

### Aliud exemplum.

Librum relegens, quum tot mendas offendarem, eaq; non contemnendas, mi Scriboni, non potui non desiderare in te fidem illam, et uetera nostra necessitudine, et tuis pollicitis, et mea de te fiducia dignam.

Magnifice receperas, et ego manus quiddā expectabā, quām tu pollicebaris. Ut id sperarē, fecit ista tua modestia, tuiq; mores ab omni suco, leuitateq; nisi semper alienissimi. Quur hic tui dissimilis fueris, magnopere demoror: nisi qđ res ipsa clamitat, nō vulgariter abs te cessatū esse. Neq; enim potes in alio rei scere culpā, quum in hoc praefectus sis edēdo operi, ne liceret alijs operis deprauare librū. At qui nulla in re magis erat præstandū officiū amico. Si nullo salario, aut iniquo prouinciā suscepisses, tamē amici causa par erat aduigilare, cuius famē periculo erat cessaturus. Si parū apud te ponderis babebat amicitiae nostrae ratio, tamen hoc officij studiosis omnibus largiri cōueniebat, quorū utilitati parabatur opus. Nunc quū larga etiā mercede typographus p̄set operā tuam: quū scires hoc amici non vulgaris summopere referre: quum non ignorares esse boni viri, vel oratīs de bonis literis, atque harū cultorib; bene mereri, no possum satis admirari, q; in re tanta, tantopere sit dormitatum. Qui literas tractat, rem tractat non modo publican, verum etiā sacram. Non potest esse leue cōmissum, quo ledūtur tam multi: et quod alijs in rebus incertis nomine damnatur, hic impietas est. Iniquū est non eius satisfacere animo, à quo mercede plus

qu' i

quām & equā accipit. Inhumanū, negligere famā amici: infidum, nō prestare quod promiseris: impiū, oscitāter agere in negotio musarū. Vide igitur mihi Scriboni, quot modis abs te peccatū est. Sed hæc nobis sc̄ra est querela, tantū obtestor, per omnia quæ tibi sancta sunt, ut quod hic admisum est iucogitatia, in cæteris cura diligentiaq; pensetur.

### Expostulatoriæ sylua.

**E**pistola famul.lib. v. Si uales, bene est.

Cicero.

**E** Lib. v. epist. Preposteros habes tabellarios.

Ad Atticum.

Sed abs te ipso, qui me accusas, unas scito mihi literas redditas esse, cum & otij ad scribendum plus, & facultatem dandi maiorem habueris.

Tu uelim ad nos s̄epe scribas. Si rem nullam habebis, quod in buccam uenerit scribito.

Tu nabi, etiam si nihil erit quod scribas ( quod fore ita video ) tamē id ipsum scribas uelim, te nihil habuisse quod scriberes, dummodo ne his uerbis.

Verberauit te cogitationis tacito dūtaxat cōnitio. Quod fasciculus alter ad me iam sine tuis literis perlatus est, non potes effugere huīus culpe poenā te patrono. Marcus est adhibendus: isq; diu & multis lucubrationibus contenuta oratione, vide ut probare possit, te non peccasse.

Non possum te negligentie non accusare, qui tanta de re, tam breuiter, tam indiligerenter scrips̄eris.

Aut desidiosus, aut uchementer distentus sis necesse est, qui in tam copioso argomento epistole tuae breuis sis.

Brutianum Laconismum nabi tibi proposuisse uideris, qui epistolam uix tribus uerbis scrips̄eris.

Vix adduci possum, quod nabi de te ab autoribus alio-

quis

*quin minime uanis adfertur. Est enim Cr à mea de te exi-  
stimatione, Cr à tuis moribus pristinis longè alienum.*

*Is' ne ut nos tanta impensa derideat?*

*Lib. i. epist. Olén nullas mihi epistolæ totæ.*

*Lib. ii. epist. Irascor. totæ.*

*Lib. i. Expostulationis iocose exemplum. tota episto-  
la, cuius initium: Heus tu promittis.*

*Lib. ii. epist. Ex literis, & sermone multorum.*

*Eodem lib. epistola: Dederam communodum.*

### *Expostulatio mea.*

**A**ntonius tibi diem dicit, & sponsorem appellat.  
**N**on enim prætas quod receperas, te frequenter  
ad se scripturum.

*Ego uero tibi uehementer etiam irascitur, qui toties  
tam accurate monitus à nobis, non auscultaris, nisi parum  
esset humanum, irasci calamitoso:*

*Arcanum quod nuper tibi cōmisi, utpote ei quem nihil  
unquam celare solebam, id audio iam prolatum in lucem  
quotidie ad plures serpere. Te rumoris huius autorē esse  
necessē est, quādo ipse mihi sum cōscius, nemini illud pre-  
ter te unum mortalū cōmunicasse. Quod si falso est mihi  
obnunciatū, est quod uehementer gaudēā. Malim enim in  
illis uanis tem accusare, quam in te amici fidem desidera-  
re: sin uere, bandū te dignū fecisti. Quid enim tam perfidū,  
quam amicorū arcana prodere! Res est non tam expostu-  
latione, quam acri reprehēsione digna. Sed nondū de tua  
fide diffido. Tu sic hoc scrupulo me quam primum leues.*

*Charior mihi es, quam ut tibi possum irasci. Sed tamen  
uehementer et miror, et doleo, quod contemptu meo consilio*

*& fidei,*

& fideli, & salutari, in tantam turbā te ipsum cōiceris.

Tantus in te meus amor, ut nulla exhaudiri possit iniuria, sed tamen non commoueri non possum.

Absoluti non potes, ne Cicerone quidē patrono, in culpa tam manifesta. Vbi nam sunt tui fasciculi literarum, ubi sarcinæ ingentes, quas tu nūbi abeunti promiseras, homo hominū qui nūiūt manūsime? at nūc istinc adfertur nihil.

Hec ad te scripsi liberius, fretus consciëtia officij mei, Mitigatio ex-benevolentiaq; quam à me certo iudicio suscep̄tam, quo= postulationis. ad tu uoles, conseruabo.

### De purgatione.

Xpostulationem purgatione diluimus, ita ut nos ea expostulatione non modo nūbil offenses, uerum etiam uebementer delectatos ostendamus. Deinde suspicionem obiectam grauiter abomunabimur. Postremo rationes quām maxime probabiles, quibus eam purgēmus, profende sunt. Quanquam huic generi mire uario, uix illa certa ratio prescribi potest. Ex re, ex tempore, ex personis consilium sumamus oportet.

### Exemplum.

Non tam molestum fuit me abs te immerentē accusari, quām iucundum officiam meū requiri. Est enim intromidi argumentū, tenuere de amico suspicari. Quām quām tu meum tam diutinū cōsiderātum, non sīlē cause miraris. Hic enim mensis est propè decimus, ex quo nūbil ad te literarum dedi. Sed dīj prohibeant quæ tu scribis, ut Lucius Gulielmi obliuisci unquā possit. Unquāne Gulielmu possit Lucius nō meminiſſe? Ego'ne nouis me oblecte amoribus? Ego'ne successibus rerum elatus, te minoris fac

ris faciā? Quasi uero ulla mihi fortuna sine te dulcis aut facit unquam, aut esse posſit. Cane uero credas ulla negotia tanti apud me esse, quae non facile posthabeam, si quando ad te scribendum erit. Cur igitur, inquieris, nihil adſertur scriptorum? Audies. Scripsoram bis, primum per Stilbontem affinem tuum Idib. Maijs: deinde per ſocerum meum Petronium Calen. Iul. Priors quidem tibi non esse redditas ſeo. Ait enim reuersus Stilbon, ſibicas in itinere excidisse, idcoq; ueritum te conuenire. Socer quum iſtuc iter inſtituiffet, cōſilium in profectione muttauit. Post hos nemo mihi contigit, cui recte committerem. Ne tuas quidem omnes accepi. Ceterum hoc tibi etiam atque etiam persuaderas uelim, nemine niuere aut tui amantiorum, aut eque memorem, ſiue ſcripſero, ſiue non ſcripſero. Vale.

Hoc in genere, quonia frequenter incidit inter amicos, uarijs thematis exerceri conueniet. Expostulatur enim cum amicis, quod in officio ſcribendi ceſſauerint, quod manda- ta non peregerint, aut ſcriui, ſeciuſue peregerint, quam oportuit. Quod per incogitantiam aliquid effutuerint, quod preſliterat tacuisse. Quod parcius aut neglecius ſcripſerint, aut acerbius: quod in re ſcribi non cōſuluerint amicum, quem non oportebat quicquam ignorare. Quod de animo amici parū magnifice ſenſiſſe uisi ſint, qui quum egerent ūpt, uifum, uita, am. rīc genus minimum abeft à monitione, que obiurgationem habet. Huic finitimum est illud, quoties querimur apud alios de quopiam.

Purgatoriæ ſylua.

Clo. epiph. fam. Si eſſet in his fides, in quibus eſſe debebat, non labora-  
remus.

Lib.

Lib. iiij. epist. Et si quantum ex literis.

Quod si rarius fiet, quam tu expectabis, id erit cause quod non eius generis meæ literæ sunt, ut eas audeam tecum committere. Quoties mibi certorum hominum postetas erit, quibus reæte dem, non prætermittam.

Sed tamen significatur in tuis literis, sufficio quedam & dubitatio tua, de qua alienum tempus est mibi tecum expostulandi: purgandi autem mei necessarium.

Quererer tecum, atq; expostularè, nisi (ut supra scripsi) purgare me tibi hoc tuo tempore, quam accusari te malem, idq; putarè esse rectius. Itaq; nihil de te, quod credideris de me, quamobrè nō debucris credere, pauca dicam.

Non obliuione amicitiae nostræ, neque intermissione consuetudinis meæ, superioribus temporibus ad te nullas literas misi, sed quid priora tempora in ruinis Reip. nonstruq; iacuerunt: posteriora autem me à scribendo tuis in instigatis, atq; acerbissimis in commodis retardarunt.

Peto à te ne me putas obliuione tui rarius ad te scribere, quam solebam: sed aut gravitate ualitudinis, qua tamē iam paululum uideor lenari, aut quod absim ab urbe.

Habes epistolā verbosiorē fortasse, quam uelles: quod tibi ita uideri putabo, nisi mibi longiorē remiseris. Ego, si que uolo expediero, breui tempore te ut sacerdo videbo.

Quapropter eo animo sumus inter nos, quo semper fuimus. Quod de te sperare, de me prestare possum.

Lib. ij. epist. Quanquam me nomine.

Lib. v. epist. Si tu exercitusq; ualebis. Tota.

Lib. xij. epist. Ita ne præter litigatores.

Lib. xijij. epist. Quam antea capiebam.

*Sed est quod abs te mihi ignosci peruelim.*

*Ciceron.* *Abs te peto, ut mihi hoc ignoscas, & me existimes hu-*  
*manitate esse prohibitum, ne contra amici summam exis-*  
*timationem, miserrimo eius tempore uenirem: cum is o-*  
*ninius sua studia, & officia in me contulisset. Quod si*  
*uoles in me esse durior, ambitionem mibi putabis obsti-*  
*tisse. Ego autem arbitror, etiam si id sit, mibi ignoscens*  
*dum esse, tamen non obstat in me.*

*Non committam posibac, ut me accusare de epistola-*  
*rum negligentia possit.*

*Tu modo uideto in tanto ocio, ut par in hoc mibi sis.*

*Nimum raro nobis abs te literæ affruntur, cum &*  
*multo tu facilius reperias, qui Romā proficiscātur, quam*  
*ego qui Athenas: & certius tibi sit me esse Romæ, quam*  
*mibi te Athenis. Itaq; propter hanc dubitationem meam,*  
*breuior hec ipsa epistola est.*

*Ideo sum breuior, quod ut spero, coram breui conser-*  
*re, que uolumus, licebit.*

*Si forte rarius tibi à me, q; à ceteris literæ reddatur, pe-*  
*to à te, ut id nō modo nō negligētis mee, sed ne occupa-*  
*tioni quidē tribuas, que et si summa est, timē nulla esse po-*  
*test tanta, ut interrūpat iter amoris nostri, & officij mei.*

*Quare uoluntatis nice me nunquam pœnitabit, consi-*  
*lij pœnitit.*

*Ex lib. ad Brutum Tot: Clodius Trib. pleb.*

*Meæ obiurgationes fuerunt amoris plenissime, sed*  
*uereor ne hoc quod infeluum est, seruat longius.*

*De literarum missione sine causa abs te accusor.*

*Longius me prouexit dulcedo quedam tecum loguen-*  
*di,*

discedam finem faciam, ne modum, quem etiam orationi adhibendum puto, in epistola excedam.

Lib. ix. epist. Facis incunde. Tota.

Habes epistolā, si modum epistola cogites, libris, quos legisti, non minorem. Sed imputabis tibi, qui contentus libris non fuisti. Lib. j. epist. Quod ad te iam diu.

Lib. iiiij. epist. Salve Politiane mi.

Lib. iiij. epist. Utinam quasi circa medium.

Lib. iiiij. epist. Neque desidie meae.

Politianus.

Lib. v. epist. Quātō tu erga. Eodē, epist. Non tu noua.

Eodem, epist. Herculem me uocas.

Lib. viij. Non causam dico.

Lib. xj. epist. Gratae mibi omnino.

Lib. xij. epist. Offendit ut video.

### Purgatoriæ.

**S**CIO TE QUE FACIS OPTIMO ANIMO FACERE. QUID ENIM MIBI EXPLORATIUS ESSE POTEST, QUAM ANIMUS TUUS ERGA ME? Sed tamē, ut ingenue dicam quod sentio, uideris nubi quedam facere, non ausim dicere inconsultius, virorum prudenterissimus, non dicam inimicē, uir synccerissime fidei, sed tamen parum circumspecte. Non dubito quin ista facias amico animo, sed tanen mibi gratulor, inimicis meis non esse tantum ingenij ad laudem.

Ais te fecisse amico animo, tua mea quid refert, utrum me amice ingules, an inimice?

Libet ex uniuerso hominum contubernio in extremas fugere solitudines, quoties istorum linguacisionorum hominum mores in metem ueniunt, qui ad hoc unum se natos arbitrantur, ut alienam innocentiam sua putida mens

daciq; lingua contaminent. Quòd si toties sim  
tibi literis purgandus, quoties illi falso insimulabunt, &  
ego scribendo, & tu legendō defatigaberis.

Quid ego istis maledicentissimis nebulonibus, qui nos  
stre benevolentie inuident, ac semper aliqua commini-  
scuntur, quo eam uel extinguat, uel diminuant, imprecet,  
nisi ut penitus obmutescant?

Quòd mandata tua ita ut tu iusseras, & ego receperā,  
nondū peregi, facultas mibi hac tenus defuit, non uolūtas.

Literis consequi nequeam, quam uehementer meis ne-  
gocijs, uel potius satis indignet, quorum culpa nondum  
neq; meo studio, neq; tuis notis, licuit satisfacere.

Et ipse mallem, & tu promeritus es, ut officio potius,  
quam purgatione apud te utecer, nisi utriq; nostrum for-  
tuna mea inuideret.

In hoc tibi louem lapidem iurare non dubitem, me in-  
sciente ista facta omnia.

Tibi quidem fama publica refragatur, uerum ego uel  
sacramento contendebam, abs te rem tam illepidam pro-  
ficiam non esse.

Sancte tibi deicio, uel iuranti crede.

Crudelitas enim error est magis, quam culpa, & qui-  
dem in optimi cuiusq; mente facilium irrepit.

~~Pro purgatione in responso.~~

P olitianus lib. ij. epist. Etsi literarum tua.

Lib. xij. epist. Literas accepi tuas. Eodem, epistola:  
Tu uero.

Tantum mihi dolorem cruciatumq; attulerunt errata  
etatis meæ, ut non scilicet animus à factis, sed aures quoq;  
à com-

à commemoratione abhorreant.

*E t si iusta & idonea usus es excusatione intermissionis literarum tuarum, tumen id ne sèpè facias rogo.*

*Quare quum in primis tuas desiderem literas, noli committere ut excusatione potius expleat officium scribendi, quam assiduitate literarum.*

*Ad purgationem respon. mea.*

**A**nte at tibi nonnihil irasceret, nunc sum uehementer iratus, nec iniuria. Hec tua tam diligens purgatio effecit, ut uidearis aut parum nosse meum ingenium, aut certe de antecessore homine, non antecessore sentire.

*Offensum me suspicaris, quòd de oculata nescio qua, in meis scriptis fueris cauillatus.*

*Ego ne tam serox sim, ut id ab amico molestie feram, quod si faciat emulorum quispiam, non iniuria, sed officio me affectum putem?*

*Tu uero uel omnia mea scripta, me amico reprehendas licebit.*

*Ceteri quos purgas, debent mihi probati esse, si tibi sunt.*

*Nihil est quod uereare: ego enim ne pilo quidem minus te amabo. Hac de re, ut soles, scribe fraternè.*

*Ad hoc genus pertinet ~~ad cetera~~, quibus excludimus suspicionem uel arrogantiae, uel odij, uel scuritiae, uel cuiuscunq; rei, que uidebatur offensura.*

*Quum præpostero ordine respondemus, cōueniet illud *τιμόνη τηρεσία διατάξει*, quo usus est Cic. ad Atticum.*

*Sed quid ago? penè oblitus eram me epistolā scribere.*

*Quò rapior! penè exciderat, cui uiro scriberem.*

## De exprobratione.

**V**T cum amicis expostulamus, ita inimicis, & ingratis exprobramus. Quare illam mitigari debere, docimus, hanc exaggerandam monemus. Et quoniam omnis exprobratio, ab humanitate uidetur recedere, coactus nos id facere dicemus, uel ob nulli tollerandam illius ingratitudinem: uel ob insignem stoliditatem hominis: uel quod nos maledictis quotidianis ad id copulerit: uel quod cum impudentissimis hominibus impudentius sit agendum, & malo nodo, malus querendus cuneus, & id ab optimis viris sepe factitatum admonebimus. Et reliqua que ad hanc sententiam faciunt, proferremus: aut certe per dissimulationem ad exprobrationem ueniemus. Conscientiam ipsius subinde testabimur. Rem ipsam artificiosa narratione ante oculos ponemus: in qua perpetuo & nostram in illum beneficentia, & illius in nos ingratitudine amplificabimus.

### Exemplum.

Non tandem pudebit te tui, senex omnium qui uiuunt, ingratisime? Cupiebam, ita me deus anet, & mecum in te meritorum obliuisci, & tuam ingratitudinem silentio dissimulare, si quoquo modo patereris. Sed uincit meam modestiam tua improbitas. Audes hominis monstrum, tantum meum in te conscientiam expertus, ultro etiam te iactare impudens, tanquam aliquid de nobis sis promeritus? Audes me ultro ingratum uocare, quam tu pro summis officijs, quantum potuisti maleficiorum reposueris? Hic ego tuam ipsius conscientiam appello, tuam inquam illam conscientiam, quam tu tot sceleribus pollutam intra te gestare cogeris, candē ingratitudinis tuae, & testem, & carnicem.

nificem. Dic mihi scelestissime senex, nunquam ne tibi suc  
currit quām supplex apud me ambieris, ut uel aliqua ex  
parte apud me hæreres, ut aliquid tibi meorum literarum  
impartirem? Peream, ni meipsum tui pudet, quoties oris  
tui speciem illam aere sceleratissima compositum, cogita-  
tionis oculis intueror. Te bonum canum, rugosum, tan-  
tum blanditiarum, lacrymas etiam effudiſſe! Me quidem  
referre pudet. At quorsum attinet narrare memori? Nar-  
ret tibi cōscientia, quæ feceris, quæ dixeris, quæ promis-  
eris, quæ iuraueris. Ultro benignus obtuli, qd' homo alio-  
qui impudentissimus, ne petere quidem audebas. Scis pōst  
ipse quām fraterno fām te animo complexus, quantū lta-  
borum, uigiliarūq; tua causa suscep̄trum. Ego meis post-  
habitis rebus aſinum ad lyram duxi. In eo docendo (ſi  
dijs placet) tantum mensum triui demens. Dic mihi o-  
minum, quos ſol uidet, ingratissime, quis iſtos mores, uel  
unum diem pati poſſet? quis iſtud os, uel quantuſis mera-  
cede uidere ſuſtinuiſſet? Iam nunc animo meo ingens ob-  
oritur nauſca, & tibi oboriretur, ſi faciem iſlam mon-  
ſtruofifimam meis oculis uidere poſſes. Sedebas puer pul-  
chellus, bos ad paleſtram exercendus, & ne precepto-  
rem oculis illis refugis, ac ferinis, per hirta, canaq; ſuper-  
cilia intuebare, defluente interiu in egnſcentem barbam  
ſalina. Adde intractabile, putojamq; ingenuum, caput  
plus quām marmoreum, ſenſam stupidum. Ego iſta, que  
ne ipſe quidem interdu ferre poteras, ſciſ quām patien-  
ter tulerim, deuorarim, decoxerim. Quid à me prēteritū  
eft, quo tarditatem tuam uincere? Audeſ inſiciari homo  
froutis perfrictæ? Testabuntur laborum meorum apud te

monumēta. Non rubore perfunderis, quoties librum à me  
multis sudoribus euigilatum intueris? Non exborrescis,  
non te ipsum refugis, si quando ad te redis, id est, si quādo  
ab ista plenēsi paululum resipiscis? Tu hominem sic de  
te meritum non amare, nō uenerari potes! Tu putida ista  
lingua insectaris, cuius tu lingua tā officiosam es exper-  
tus? Quid ego hic te tibi ostendam? Scis quod virus, quam  
fæditatem ex ista contaminatissimū pectoris tui cloaca e-  
uomueris. Qum omnis ingratitudo sit execrabilis, nulla  
tamen detestabilior, quām in præceptorem. Qui si parum  
officiosus fuissim, tamen tuum erat, ut parentis, ita præce-  
ptoris uitia uel tegere, uel cōmode interpretari. Nunc talē  
ipse fuisse fateris, ut nūquam sis parem habiturus, & pro  
officijs ea reponis ingratissime, quæ hostis non faceret  
hosti. Philippus rex Macedonum, duci cuidam, qui pos-  
sessionem eius, à quo naufragus fuerat humanissime exce-  
ptus, à rege flagitiam accepérat, frontem ferro carenti  
hoc elogio insignijs, Hospes ingratus. An non tu dignior  
es, cuius fronti cauterio titulus hic inuratur, Discipulus  
ingratut? Sanctius est præceptoris nomen, quām hospitis.  
Et sceleratius incessere famā, quām eripere prædiū. Pro-  
mittis satisfaciō nem, si redeam: militaris atrociora, si non  
redeam. Quid insanius? Nunc tibi prædicor omnium crue-  
ditissimus, rur, as couem ore prædicor omnium qui uiuunt  
indociliissimus. Quid delirius? hæc an non palam arguant  
insignem animi tui peruersitatē, qui sciens, dataq; opera  
peſime facias illi, qui tibi fecit optimē? Et audes iſlis cum  
factis ſolem intueri? Audes in bonū uenire cœtus? Au-  
des in templis ad aras ſacras iſtas manus, iſtos oculos  
oſten-

ostendere? Audes ista uipera lingua, quam in hominē beneficētissimum toties uibrasti, precari superos ingratitudinis ultores? Num tu superos, aut inferos ullos esse credis? Sed ego exprobrandi finem faciam, quum tu lacessem di finem facias nullum. Vale ut mereris:

### Exprobratoriæ sylua.

**H**uius generis exemplum erit illa Ciceronis ad Octium, cuius initium est: Si per tuas legiones, &c. Et illa Hieronymi ad Iulianum. Apud Onidium item Medec epistola ad Iasonem.

Epiſt. familiā lib. v. E tſi ſtatueram.

Cicero.

### Exprobratio mea.

**Q**uando aliam pro meis in te officijs abs te gratiam expectabam, indignor non tibi, qui es omnium ingratissimus, sed mibi ipſi, qui hominem ingratum, & improbum deuinxerim.

Ego ea quæ ne ſperare quidem unquam es dufūt, in te contuli.

Ego te nihil promeritum officijs cumulaui, tu me sic meritum contumelijs oneras.

Desperatis etiam Hippoc. uetat adhibere medicinam.

### De epistola inuectiva.

**I**n nocturnarum scribendis ~~etiam~~ <sup>antīſciunc</sup> ~~etiam~~ <sup>ratione</sup> ex demonstrativo genere sumuntur, partim e iudiciali. Nam in hominis uituperio uersari necesse est, in quo notationibus frequentibus utimur. Præterea & obiecta diluimus, & fortiter regerimus crimina: quod ad iudiciale genus pertinet. Ea à rhetoribus didicisse debemus. Nos solum hic admonendum putauimus, ut in ipso statim

ii 5 inuecti

inuetiue exordio, non tolerandā stoliditatem, superbiam, importunitatem, maledicentiam aduersarij demonstremus. Nos praeter ingenium ac morem nostrum, coactos id facere dicemus. Nos illum non iniuriosos, ut confeditis criminibus agamus, sed a comitijs temperantes obiecta tantum diluamus. Deinde ex hominis descriptione uerisimile efficiemus, cum vel odio, vel innata maledicendi libidine, ea commentum esse. Vnum ex obiectis, quod quam recensime dilui posuit, proponemus. Id ubi diligenter refellerimus, cum recriminatione dicemus, homini impudentiam, uanitatem ex eo uno spectari oportere. Tum ea ipsa, que nobis conatus est in gerere, in ipsum retorquemus, et aut eadem, aut graviora adnusisse ostendemus. Multa in suspicione relinquemus: vel quod tam sint obscena, ut ab homine uerecundo, nec aduersario lassenti debant obijci: vel quod ob multitudinem flagitorum, e plurimis pauca duntaxat dicere uoluerimus: ex uno, aut duobus factoriis reliquam eius uitam facile posse estimari. Deinde ubi incandescimus orationis progressu, scommatis, salibus, dilectionis hominem eludemus. Et non odiosum modo, sed et ridiculum ostendemus: nec minus contemnendum ob insignem stultitiam, quam detestandum, ob inauditum improbitatem. Multum iniquam adhibebimus. In fine tanquam ipsi nosmet reprehensione horribiliter, ut aliquando resipiscat, ne cogatur et nos aliquando modestiam relinquere. Exemplum qui querit, legat mutuas illas inuetivas. Demosthenis, et Aeschini: Ciceronis, et Sallustij: Hieronymi, et Ruffini: Pogii, et Valles: Politiani, et Scale. Nos quoniam hoc in genere minime sumus exercitati, ueremur

ne buius scripti artificio patrum possumus satisfacere. Atq;  
utinam liceat semper esse rudem. Nec uero nos hic artem  
maledicendi docere uolumus : tametsi nihil est uitij, telum  
babere paratum, quo te defendas, si quis improbe lacessi-  
uerit; nec ad hanc rem admodum sit opus arte, quum nulli  
fr̄e non sint ad maledicendum diserti.

### Inuestiuæ sylua.

**P** Olitianus lib. xij. epist. Herculem factitium.

Item epistola: Virtutum pugnantia.

Literas tuas legimus similinas edicti tui, contumelio- Cicero.  
sa, minaces, minime dignas, que à te nobis mitterentur.

### De deprecatoria epistola.

**N**unc ad deprecationem transeamus. Deprecanur,  
quum culpan manifestam fatemur, & tamen igno-  
sci uel nobis, uel alijs oramus. Hic supplices erimus, cul-  
pan in genue fatebimur. Extenuabimus postea, uel ab  
imprudentia, uel ab etate, uel hinc quod nunc primum  
deliquit, uel ab ipso cōmisi genere, solitam culpe partem  
in alios transferemus. Eum qui peccauit, sic affligi pudo-  
re, metu, poenitentiaq; dicemus, ut dignus sit misericordia.  
Eius, quem placare conamur, clementiam laudabimus, &  
implorabimus. Spem melioris uitæ ostendemus. Eam ex il-  
lins indole per se proba, alijsq; eius a beccauit benefacilius  
reddemus probabilem. Sic enim agit juorum nepotū cau-  
sam apud Tarentium Mitio. Interponemus autoritatem,  
& pro reconciliando fideibebimus.

### Exemplum.

Lacrymas excusit nubi filius tuus, adolescens non  
tam desperandus, quam instituendus. Venit ad me, macie

C

& squalore confectus. Rogo quid haberet. Statim lacrymae oborte, singultim uix narrat, perisse se, quod patre optimum amiserit sua stultitia. Rogo quid flagitijs. Faretur se sortem, quam ad negotium accepferat, in amicam insumpsiisse: te offensum, animum paternum abieciisse. Aduolutus est genibus meis, fleuit, promisit omnia se digna. quid multa fecit nubi pœnitentiae fidem. Confido hoc malo edictum, posthac diligentiores futurum. Quare quando ille ad se rediit, te quoq; in patrem redire conuenit. Satis iam graues huius flagitiij pœnas luit: ita grauerit fert iram tuam, ut prorsus hanc lucem cupiat effugere, nisi in gratiam recipiatur. Ego illu obiurgaui accrime. Quid multa ipse si uidisses, nec iratus lacrymas tenere potuisses. Quod reliquum est, clementer corrigi potest. immo dicat severitate ne frangatur animus imbecillis, cauendum est. Ne commiseris, ut te grauius in posterum pœnitentia tue sequitur, quam illum nunc pœnitentia cogitatiae. Ignoscere uel etati. Puer est, rerum imperitus, ab improbis conuictoribus impulsus est: lapsus est: & quidem nunc primus: culpam facit, orat, pollicetur, noxae dedit se se. Quid queris amplius pater a filio? Cogita & illum puerum esse, & te fuisse: atq; ita quod pater es, utere: ut memineris te bonum esse, et humanum et strenuum. Nunquam ne tu ista estate lapsus es? Nunquam commisisti, quam ob rem pater tibi iure debuerit irasci? Non dubito quin commiseris, & fortasse grauiora. Hoc merito uulgò iacit in nos, quod obli ti quales ipsi fuerimus olim pueri, filios nostros uolumus illico nasci senes. Haec inter nos tutò, ac liberè loqui licet. Multis profuit etià lapsos esse, erit posthac hoc malo do-

ctus,

*Cius, cautior. Habebis filium, si baius delicti gratiam faceris, addictiorem. Et hunc puerilem errorem officijs abiude pensabit. Amat, ac ueretur a nite patrem: indolis est proba, pudicum ingenium, animus minime stupidus. Multa in eo signa video, que nubi certam spem faciant, illum post hac tale futurum, quale utriq; uolumus. Adolescētem igitur tibi in manus restituo, totam causam ad me recipio, pro illo fideiuersorem me constituo. quod si noxiam addidessit, utrumq; abdices licebit, & filium, & anicum. Vale.*

### Alterum exemplum ex Cicerone.

*Si quid in te peccavi, ac potius quonia peccavi, ignore. In me enim ipsum peccavi vehementius. Nunquam putavi fore, ut supplex ad te uenire: sed mebercule facile patior datum tempus, in quo amorem experirer tuum. Amabo te, da mihi & hoc: obliuiscere mea causa illa aliquando suo familiari, aduersario tuo uoluisse consultum: hoc ignoscere est humanitatis tuae. Volo te, quem fortissimus sis vir cognitus, etiam clementissimum existimari. Magno erit tibi ornamento, nobilissimum adolescentem tuo beneficio esse saluum.*

### Aliud exemplum ex epist. Pliniij.

*Castigabat quidam filium suum, quod paulo sumptuosius equos et canes emeret. ~~Huius et iugens diuersi~~ Nunquam fecisti, quod a patre corripi posset? Fecisti disci, non interdum facis, quod filius tuus, si repente pater ille, tu filius, pari gravitate reprobet? Non omnes homines aliquo errore ducentur? Non hic in illo sibi, in hoc aliis indulget? Haec tibi admonitus immodice severitatis exemplo pro amore mutuo scripsi, ne quando tu quoque filium tuum*

tuum acerbius, duriusq; tractares. Cogita et illum puerū  
esse, et te fuisse, atq; ita hoc, quod es pater, ut me  
minceris hominem te esse, et hominis patrem. Vale.

### Deprecatoriæ sylva.

Cic. epist. fam.

**T**IV tuas inimicitias, ut R. cip. donares, te uicisti, elici-  
nas ut contra R. emp. confirmes, adducēris!

Hac sylva per-  
tinet ad confor-  
mationem.

Quantum dolorem acceperim, et quanto fructu sim  
priuatus, et forensi, et doméstico, Lucki fratris nostri  
morte, in primis pro nostra consuetudine, tu existimare  
potes. Nam mihi omnia que iucunda ex humanitate alte-  
rius, et moribus homini accidere possunt, ex illo accide-  
bant. Quare non dubito, quin tibi id quoq; molestum sit,  
cum et meo dolore moueare, et ipse omni uirtute, offi-  
cioq; ornatiſſimum, tuiq; et sua fronte, et meo sermone  
anantem, affinem, amicumq; miscriſ.

Nunquam putauī fore, ut supplex ad te uenirem, sed  
hercule facile patior datum tempus, in quo amorem ex-  
perirer tuum. Atticum quanti faciam, scis. Amabō te, da  
nubi et hoc: obliuiscere mea causa, illum aliquando suo  
familiari, aduersario tuo uoluisse cōsultum, cum illius exi-  
statio ageretur. Hoc primum ignoscere est humanitatis  
tue. Suos enim quisque debet tueri. Deinde si me amas,  
et mea ueritas tamen quanti facias, prae te  
soles ferre. Totum hoc, ut, quod semper existimauī, nunc  
plane intelligam, me à te multum amari.

Ad reconciliationis argumentum faciet epistola Pliniij  
lib. viii. cuius initium: Nostri ne hos.

Lib. ix. epist. Libertus tuus: totz, elegans deprecationis  
exemplum.

Responsio

## Responsio.

**E**pistolarum famili.lib.v.epistola: Si uales bene est. Sed  
huiusmodi uos clementes, &c.

Orat, confitetur, purgat, paenitet. Quid queris? quod Non  
factum est, infeluum fieri non potest. Non tam tibi hoc fa-  
ctum displicet, quam ipsi qui fecit. De reliquo futurum  
illam emendatum ego in merecipio: meo periculo pro-  
illo fidei ambo. Si rursus peccauerit, uel me ipsum ad sup-  
plicium deposito. Ut inre peccanti succensebas, ita poe-  
nitenti equum est ignoscere, praesertim pueru, & aliena  
malicia ad delictum impulsu. Non quid huius stultitia, sed  
quid tua clementia postulet, tibi considerandum puto. Eia  
ne nimium durus sis pater. Nihil ne tu peccas uel senex?  
& pueru nihil quis condonare? Vix tuos continuo senes  
nasci? Adeo ne excidit, qualis in ista etate fueris?

De extraordinarijs generibus epi-  
stolarum, & primum de  
Nunciatione.

**Q**uae sub aliquo trium generum, suasionio, demonstra-  
tione, iudiciali contineri uidebantur, hactenus ab-  
soluimus. Nunc ad reliquas epistolari species ueniemus:  
que quanquam rhetorici artificij non ita multum deside-  
rant, tamen frequentius ferè incident, quam illae. Sunt quin-  
res. Reseretur igitur in primis ea species, qua significas-  
mus amico, si quid nouæ rei gestum sit apud nos, quod  
illius referat scire, aut quod illi uoluptatem sit allaturum,  
sive priuatum sit illud, sive publicum. Prinatum, ut quam  
absentem certiorem facimus, qua ualitudine simus, quid  
agamus in studijs, quid rure, quid in aula, quid in adi-  
cijs,

cij, quid in litibus successerit, aut si quid alioqui noue  
rei moliamur, usq; ad conuiniorum, & colloquiorum nu-  
gas. Publicum, ut de pace, de bello, de regum gestis, aut  
fœderibus, de pestilentia, aut inundationibus, terramotia-  
bus, tempestatibus, alijsq; similibus. Nec buius generis,  
quoniam uarium est, certa ratio prescribi potest. Tantum  
illud in genere dicam, quod nunciatio simplex, & lucida  
esse debet, breuis præterea & distincta, interdum gratu-  
lationem, aut consolationem habet admixtam. Narratio-  
ne constat, de qua paulo inferius præcipiemus.

### Exemplum.

Quoniam iam annum sc̄re à nobis abes, quicquid hic  
interim nouorū est ortum, puto & me tibi debere scribe-  
re, & te scire uebenter cupere. Audies igitur ex me  
noua quidē permulta, haud omnia lēta tamen. Non igno-  
ras rerum mortalū conditionē, nihil tam beatū in huma-  
ni negotijs, quod non aliqua incommoditate temperetur.  
Patrius tuus incredibile est, quantum te amet, quantum  
tua gloria delectatur. Vetus, inquier, est illud. Audi igit-  
tur, quod nouum dices. Antiquus ille compotor tuus, ille,  
inquit, quem nosti. Nebridus, tantus amator, tam elegans,  
tam nitidus homo, tam mulierosus: ille strenuus aleator,  
invidus, pector ille ourges, ille helluo, ille undequaque per-  
ditissimus. Quid sc̄it, inquires, an uxorem duxit? In modo rea-  
pentē mutatus, omnibus nugis uale dixit, funigerorum in-  
stitutum professus est. Iocari me dices, sc̄io, sed ita rem esse  
cōperies. Quid hoc? an tibi uetus uidetur? Quis nunc nō  
exclamat illud *ām zorasp̄n?* Quis neget ouē ē lupo fieri  
posse? Accipe quod magis mirere. Varus ille tuus carni-  
fix,

sex, Varus esse desijt. Iā te amat, quod nunquam antebac-  
 te laudat, tuos colit, tuū aduentū exopeat. Bene dicere di-  
 scit, homo maledicēt iſſimus. V erū dicere incipit, homo ua-  
 niſſimus. Fidē scruat, nebulo perfidiſſimus. E annis nūc, ex  
 poēticas transformationes rideamus, quū tantam rerū mu-  
 tationem breui factam uideamus. Annunculus tuus pontifi-  
 cium Idibus Ianuarijs euicit, non sine maxima quidē cō-  
 tentione. Nostī cōpetitoris & improbitatem, & factio-  
 nes: euicit tamē. Id te quām primum scire uolui, ut illi per  
 literas diligenter gratuleris. Hæreditas ea, que tibi ē ma-  
 nibus pene erat extorta, mea tibi est opera restituta. Ne  
 mibi pro hoc officio gratias egeris. Facio enim tuis in rea-  
 bus, quo d tu in meis solebas. Voluptatē tibi ingentē nun-  
 tiabo. Postridie No. Mar. soror tua peperit marito filiū,  
 patri, tibiq; nepotulum. I am quid maneris abs te frā, fi-  
 rem tibi aperiā multo festiuiorem? Dij te omnes diligunt.  
 Absenti tibi, ne expectanti quidem sacerdotium accessit,  
 & amplum, & in primis honestū. Ad v. Idus Febr. Cor-  
 nelius uir integerrimus, ē siuis migravit. Hic ægrotans,  
 quam competitores non placerent (olſecit enim iam tum  
 inbiare) te successore nominauit. Mēsem superuixit. Hu-  
 iusmodi thynnos dormiēti tibi fortuna retibus tuis impli-  
 cat. Tuū erit curare, ne quod incidit, clabatur. Non enim  
 defunt, qui præde⁹ inhibant. ~~Prædicti~~ et rēviss p̄mūlū: de pu-  
 blicis credo iſſuc rumorem nosſras literas præuertisse. Ca-  
 lend. Iul. regis unctio incredibili cum apparatu celebrata  
 est. C alēdis Augustis ipſe urbem Parifiorum inuectus est.  
 Ad quartam No. Septemb. nuptiae regia pompa peractae.  
 Legati multorū regū nomine auditi: nemo non magnifi-

ce donatus discessit. Britanni nescio quid tumultus ostenderant: sed res aequis conditionibus composita est. Audisti de statu publico. Quod reliquum est, non indicarem, nisi te scire tua magnopere interesset. Pestis menses iam alii quot apud nos se sunt. Ea cum permultos ex amicis, tum socrum tuum, foeminam, omnium quae in uita uiderim, optimam absumpsit. Frater eodem morbo corruptus, recreatus est. Sic usum est illi, qui res humanas e duobus illis delijs, pro arbitrio suo temperat. Aequo animo feras oportet, quod mutari non potest. Quid hac in re te facere conueniat, tu tecum statues. Habet ferre que te scire uolebam. Si quid interea noui emerserit, facia te quam primu certior. Tu cura ne quid ignoremus rerum tuorum. Vale.

### Nunciatoriae sylua.

Cicero*ad famili.*

**Q**ue gerantur, accipies ex Pollione, qui omnibus negotijs non interfuit solum, sed praeftuit.

A nobis agentur omnia diligenter: ut neque, si quid obtineri poterit, non contendamus: nec, si quid non obtinuerimus, repulsi esse uideamur.

De omnibus rebus que ad te pertinent, quid actum, quid constitutum sit, quid Pompeius suscepit, optime ex Emplatorio cognosces: qui non solum interfuit his rebus, sed etiam praeftuit: neque ullum officium erga te hominis amantissimum, praecipissimum, uigilissimum pretermisit. Ex eodem de toto statu rerum communium cognosces, que quales sint, non facile est scribere.

Hic tui omnes ualent, summaq; pietate te desiderant, & diligunt, & colunt. Tu & cura ut ualeas, & te istinc ne temere commoucas.

Lib. iiiij.

Lib. iiiij. epist. Et si scio non iucundiss.

Lib. viij. Si te dolor aliquis.

Lib. viij. epist. Tanti non fuit ar.

Lib. ix. epist. Caninus noster me tuus.

Nos de Dolabella quotidie quæ uolumus audimus, sed  
ad huc sine capite, sine autore, rumore nuntio.

Narro tibi plana. Relegatus mihi uideor, postquam in  
Phormiano sum.

Isti pueri, quem ad te iussi recurrere, da ponderosam  
aliquam epistolam, plenam omnium non modo actionum,  
sed etiam opinionum tuarum.

L. Iulio Cæsare, C. Martio Figulo consulibus, filiolo Cicad. Ad.  
me auctum scito, salua Terentia, &c. Quanquam huius  
operis omnes ferme sunt huius generis, ut illa, cuius ini-  
tium: Quæris ex me.

Hæc res quæ ad modum ceciderit, & tota res quo loco  
sit, uelim ad me scribas, & ita, ut instituissi. Nam ista ue-  
ritas, etiam si iucunda non est, mihi tamen grata est.

Hæc tibi scripsi, quia equum erat, te pro amore mu-  
tuo, non solum omnia mea facta, dicta, uerum etiam con-  
silia cognoscere. Plinios.

Lib. i. epist. cuius initium: Ridebis, & licet rideas tota.  
nuntioriae ioco se exemplum est.

Lib. iiij. epist. Solet esse gaudio tibi. Et item proxima.

Lib. iiij. epist. Rem atrocem. Rei atrocis.

Lib. iiiij. epist. Tusci grandine excusi. Rusticationis.

Lib. iiiij. epist. Causam per hos dies. Actionis. Ac mox  
epistola. Audisti ne Val.

Lib. v. epist. Et tu rogas tota.

Habes alta mea tridui, quibus cognitis uolui tantum te uoluptatis absentem, & studiorum nomine, & meo caspere, quantum praesens percipere potuisses.

Hec tibi scripsi, quia de omnibus que me uel delectat, uel angunt, non aliter tecum, quam mecum loqui soleo. Deinde quod durum existimabam, te amantissimum mei fraudare uoluptate, quam ipse capiebam. Neque enim sum tam sapiens, ut nihil mea intersit, an ijs, que honeste fecisse me credo, testificatio quedam, & quasi premiu accedat.

Lib. viij. epistola: Petis ut tibi. Rursum huic proxima. Mox epistola: Ais te adductum.

Lib. viij. epist. Et mihi discendi, & tibi do. De spectro.

Lib. viij. epist. Quam multum interest.

Lib. viij. epist. Vidisti ne aliquando. Descriptio fontis.

Eodem libro, epistola: Num istic quoque. Descriptio inundationis.

Eodem libro, epistola: Ad quae noscenda. Descriptio lacus prodigiosi.

Inuicem tu, si quid epistola dignum, ne graduare scribere. Nam cum aures hominum nouitate letantur, tum ad rationem uitæ exemplis eruditur.

Lib. ix. epi. Incidi in materiâ. De Delphino pederasta.

Eodem epistola: Queris quemadmodum. Quid agat totò die furi.

Politamus. Lib. iij. epist. Vulgare est.

Lib. iij. epist. Accepi epistolam tuam.

Nunciatoria mea.

Scriberem ad te pluribus de rebus, sed uero ne uel mea diligentia tibi sit molesta, uel ueritas acerba.

Scribito

Scribito ad me, quē nosti curiosum, non solum quid gestum sit, aut geratur istic, uerū etiam quid diuines futurū.

Ad hanc formā pertinet & percontatoria, quoties nibil aliud agimus in epistola, quam ut sciamus, quid rerū agat amicus. Huius exemplum illa Pliniū lib.ij. Studes, an piscaris? Item lib.iiij. Re ecce ne omnia!

**Quam rē quam piam ridiculam nūtiaturi sumus abso-  
lutis aliquot narrationibus, conueniet illud ex Homero,  
τιμή μαι ἦν μῆρα. Excitatur enim huiusmodi transitum  
eius lector, & mire conueniunt familiaribus epistolis.**

## **De mandatoria epistola.**

**E**pistola mandatoria nihil habet artificij, prater seru-  
monis elegantiam, & breuitatem. Exemplum.

**N. liberto suo S. D. P.**

*Vt præsens multum diuq; te admonui, caue quicquam  
meo iniuissu tentaueris. Si quid existet noui, me per literas  
consules. Agrum de quo scribis, emendi tibi ius permitto,  
modo ne pluris trecetis scutatis ueneat. Petronium impu-  
dentissimum debitorē, semel atq; iterū appellatum, in ius  
uocabis. Si inficiabitur, chirographū tibi mutto: dies iam  
pridem exceſſit. Ab Asinio creditā pecuniam meo nomine  
repetes, eamq; si reddet, recipies. De permutādo sacerdo-  
tio, fac Stilbontē, uitru, ut ~~cor~~ <sup>fac</sup> ~~lubricum~~ <sup>lubricum</sup> amantissimū, in consiliū adhibeas. Is quod censembit factio  
opus, id perinde ac si ego autor essem, exequitor. Ante  
quām domū ædificandā cementarijs locaueris, prius cum  
Phidia communicato, deinde eius bac de re sententiam ad  
me scribito. Hos libros unū cū epistolis, Trebatij mei ma-  
nibus reddendos curabis et diligenter, et quām primum.*

Strabonio uerbis meis gratias ages quam maximas. Cen-  
nero meo meis uerbis gratulaberis. Lucium contubernia-  
lem meū plurimū saluere iubebis. Sed beus tu, penè præ-  
terierā, quo d minime præteritū oportuit. Nepotem meum  
fac ut quam primum ab isto præceptore tam inepto abdu-  
cas, ac eruditiori cōnūtito. Cae te pecuniae ratio offen-  
dat, si modo idoneū doctorem nancisi poteris. Si qua un-  
quam in re sedulò tuo functus es officio, in lite V eruland  
fac omnem fidem, industriā, diligentiam, ingenii expediā.  
De villa instauranda quiesce, donec meā sententiam acce-  
peris. Vester messis omnes unā cū annulis ad x i. Cal. Iulij  
transmittito. Nō pluribus te monebo. Tu fac ut quemad-  
modum & soles, & æquum est, tuo officio fugare. Erit  
apud me diligentiae tuae præmium. Vale.

### Mandatoriae sylua.

Cicad Attic.

**F**Pistola famili. lib. xvj. Sunt aliquot huic generis.

**E**Petruſ, ut antea ad te scripsi, omnes libros quos  
frater suu reliquisset, mihi donauit. Hoc illius manus in  
tua diligentia positum est. Si me amas, cura ut conscriuen-  
tur, & ad me perferantur. Hoc mihi nihil potest esse gra-  
tiosus. Et tum Græcos, tum uero Latinos diligenter ut con-  
seruues uelim. Tuum esse hoc munusculum putabo.

**E**go enim quicquid feceris, id tum  
Plinios, recte, tum etiam mea causa factum putabo.

Peto autem ut pictorem quam diligentissimum assūmas.  
Nam cum est arduum similitudinē effingere ex uero, tum  
longe difficultima est imitationis imitatio. A qua rogo ut  
artifice, que elegeris, ne in melius quidem sinas aberrare.

Est apud Horatium in epistolis exemplum mandatorie  
iocoſe:

iocosa: Ut proficiscēt monxi te sape, disq;. Hoc genus  
minimum abest à petitorio. Mādamus enim cum autorī-  
tate. Petimus ab ijs, in quos nobis mandandi ius non est.

### Mandatoriae meae.

Filium quantus est, tue fidei trado. Totam meam soli-  
citudinem in te transfero. Tu pater es, ego me sic  
geram, quasi patruus sim, non pater.

### De epistola collaudatoria.

Collaudatio est, qua filium, filiam'ue, militē, seruum,  
libertum, famulum, uxorem, aut alios in quos nobis  
ius est, ut officio suo functos, laudamus. Exemplum.

Nihil ex omni rerum genere potuit mihi nuntiari illuc  
cūdūs, quam te ijs moribus agere, qui & te ipso, & tuo  
genere sint digni. Nunc ego te filiu agnoscō meū, quum  
te audio toto animo literis incumbere: fugitare consuetu-  
dinem cessatorum: parcere rei paternae, si modo non id  
falsò est mihi nuntiatū. Tu perge in officio mi fili, hocq;  
persuasum habe, si te qualem uolo prestiteris filium, me  
benigniorem etiam quam uoles, habebis patrem. Vale.

Alterum exemplum. Facis ut meritò te & anem, &  
collaudem, qui nō ut uulgas scrutorum solet, absentis do-  
mini negotia impediās, sed omni cura, uigilantia, opera  
coneris expedire. Eum ego denū frugi ministrum, &  
bene spectatum iudico, qui uigilante domini, quam impa-  
ne, cessare pos̄it, in officio se continet. Audui qua fide,  
qua industria mandata peregeris. Tu fac cetera eodem  
animo persequaris, ut qui nunc meritò te amo, perpetuò  
possim amare. Officio bene copto, strenue perfungere.  
Domini negotia, tua ipsius, ut sunt, esse credito. Tu si

Epistola col-  
laudatoria pa-  
tris ad filium,

Epistola domi-  
ni ad arcum,

frugi ministri officio functus eris, ego domini liberalis partes haud preteriro. Vale, ac uigila.

### De gratiarum actione.

**G**ratias agimus ihs, in quos nobis nullum est mandandi ius. Hec forma subiecti poterat petitoriae, aut consolatoriae, aut monitoriae. Hic beneficium quod accepimus, erit modis omnibus amplificandum. Nam sepe gratia retulisse uidetur, qui bene gratias egit. Amplificatur autem bis ferme rationibus: si ultro collatum est: si incontanter: si citò. Bis enim dat, qui citò dat. Si in tempore: si uberior, quam alter ausus sit petere: si nihil pro merito: si ne expectanti quidè: si ab eo cui libenter debemus, hoc est, ab eo quem amamus ex animo: aut si in eum collatum est, cui magis ex animo uolumus, quam nobis ipsis. A genere quoque beneficij sumemus amplificationem: ueluti si quis fidei consilio iuuit, dicemus illi plus deberi, qui consilio iuuit, quam qui pecunia. Neque raro maius beneficium praestat, qui obiurgat, quam qui donat. Contrà si quis pecunia iuuit, dicemus uulgare officium esse, uerbis opitulari: qui pecuniam prompte impartit, non potest non certissimus amicus uideri. Sunt et aliae circunstantie, quibus exageramus beneficij magnitudinem: ueluti si nos sumus negligiti, quibus ille ob affinitatem erat obnoxius: si nostra causa coitempsit etiam similitatem aliquorum potentium. His commemorandis, declarabimus nos scire beneficij magnitudinem. Est autem bona gratitudinis pars, et scire quantum debeas, et debere libenter. Ostendemus etiam, si possemus, quam multos eodem beneficio deuinxerit: quodque eius beneficij utilitas, non tantum ad unum

unum hominem pertineat, sed ad Reipubl. commodum. Deinde pollicebimur citra iactantiam, nos aut parent, aut ubiorem etiam gratiam relatuos. Si nullare referendi facultas erit, certe animum memorem & gratum pollicebimur, precabimurque ut superi cumulate referant gratiam bene merito, quod nobis ob fortunatum tenuitatem non licet. Et huius generis erit tractatio duplex, recta, & obliqua. Nam aliquoties non agendo gratias, maxime gratias agimus, quum ostendimus aut beneficium esse maius, quam ut uulgari more uerbis oporteat gratias agere: aut amicitiam nostram esse maiorem, quam ut alterum alteri oporteat gratias agere. Quod in negocio meo rogarri te passus non es, sed ultro studium tuum, operam, diligentiam & obtulisti, & prestitisti, ueterem tuam in me, meosque humanitate libens agnosco. Et facis tu quidem non meis meritis, quae hactenus in te nulla extiterunt, sed tua uirtute dignum, qui nullis a me provocatus officijs, tam prompto in me sis animo, ut beneficium accepisse uidearis, quum praestiteris. Quare quam tuo officio plurimum adiumenti meis rebus attulisti, tam isto animo ita delector, ut dictu sit incredibile. Vere negat referre quantum beneficium, sed quam amico animo praestiteris. Ex eius modo potius, quam rei officium est metiendum. Mecum erit, & ne forte nequeo, perpetuo meminisse. Nam quid ego tibi multis uerbis gratias agam? an hoc passurus es, qui ne moneri quidem te passus es? Ut tamen eam mihi facultatem aliquando concedant superi, ut possim hunc animum cui ardenter simum, re potius, quam uerbis declarare. Interim si quid erit in quo mea uiciissim opera utendum putabis, caue ro-

Exemplū grā  
diarū actionis.

gaueis, sed ut tuo mācipio præcipito inuenies ad quiduis  
& promptum, & alacrem. Vale. Aliud exemplum.

Accepi munus tuū, re quidem magnificum, sed te auto-  
re longe nūbi tum preiosissimum, tum iucundissimum.  
Recrè enim à Nasone tuo scriptum est: Sic acceptissima  
semper Munera sunt, autor quæ preciosæ facit. Quo qui-  
dem quid me tibi deuinclū esse fatear, quum sim iam olim  
deuinclissimus? Totus in ære tuo sum: arctioribus vincu-  
lis me tibi astringere nō potes? Quid referā, uel isto mu-  
nere, uel potius tuo isto in me animo, qui nūbi munere  
ipso longe est suauior, dignū, nibil habeo, nisi me ipsum:  
quem si alicuius esse precij putas, totum peculio tuo ad-  
scribito. Crede nūbi, nibil habes in omni genere posse-  
sionum tuarum, quo tu tam proprie possis, & uti, & ab-  
uti, quam Nicolao tuo. Vale. Aliud exemplum.

Multa sunt tua erga me officia: at nullum omnium nūbi  
fuit aut opportunius, aut iucundius, quam q. fratrē meū in  
causa difficilima tuo patrocinio iuueris. Qui ut est nūbi  
propemodū me ipso charior, ita quicquid in illū cōtulisti,  
id nūbi gratius etiam uideri debet, q. si in me ipsum esset  
collatum. Sed ne diligētius tibi gratias agā, nostra fami-  
iliaritas flagitare uidetur. Neq; enim tu noui quicquā fe-  
cisti et res re, q. uerbis beneficiū repēdere malim. Vale.

### Rerandi gratias sylua.

Ck. spīl. fami. **M**ultum enim interest, utrū laus nūnuatur, an salus  
deseratur: me mēa tunen ne nimis pœniteret, tua  
uirtute pfectū est. Curaſti enim, ut plus additū ad memo-  
riā nominis nostri, quam ademptū de fortuna uideretur.

Amoris quidē tui quoquā me uerti, uestigia uel pro-  
xime

xime de Tigellio. Scasi enim ex literis tuis, ualde te labo-  
rassē. Amo igitur uoluntatē. Immortales ago tibi gratias,  
agamq; dum uiuan: nam relaturū me affirmare non pos-  
sum. Tantis enī tuis officijs non iādecor mihi responde-  
re posse, nisi forte, ut tu grauiſſime, diſertissimeq; scripsi-  
ſtli, ita cēſurus es, ut me referre gratiam putes, cum memo-  
ria tenebo. Facere nō possum, quin in ſingulās res, meri-  
tiq; tua tibi gratias agam. Sed mehercle facio cum pu-  
dore. Neq; enim tanta neceſſitudo, quantam tu mibi tecum  
eſſe uoluisti, deſiderare uidetur gratiarum actionem. Ne-  
que ego lubenter pro maximis tuis beneficijs tam uili  
munere defungor orationis: & malo præſens obſeruantia,  
in dulgentia, aſhiduitate, memorem me tibi probare.  
Quod si mibi uita cōtigerit, omnes gratias amicitias, atq;  
etiam pias propinquitates in tua obſeruantia, in dulgen-  
tia, aſhiduitate uincam. Tantum me tibi debere existimo,  
quantum perſoluere difficile eſt.

Iam non ago tibi gratias. Cui enim re uix referre poſ-  
ſum, huic uerbis non patitur res ſatisfieri.

Te tamē, mi Brute, ſic amo, ut debeo, quod iſtud, quic-  
quid eſſet nugarum, me ſcire uoluisti. Signum enim mi-  
gnum amoris dediſti.

Lib. xiiij. epiftola: Etſi libenter petere à te.

Cic. ad Att.

Grate mibi tue literæ ſunt; quibus acceſſuare perjeri-  
pſisti omnia, que ad me pertinere arbitratus es.

Noli expectare, dum tibi gratias agam. Iampridem  
hoc ex noſtra neceſſitudine, que ad ſumma m beneuolen-  
tiam peruenit, ſublatum eſſe debet.

Studium tuum, curaq; de ſalute mea, nulla me noua no-  
luptate

*Iuptate affecit. Non solum enim usitatum, sed etiam quotidianū est, aliquid audire de te, quod pro nostra dignitate fideliter atq; bonorifice dixeris, aut feceris.*

*Neque enim mihi in omni uita res tam erit ulla propensa, quam ut quotidie uehementius te de me optime meritum esse later.*

**Plinius.** *Certatim ergo tibi gratias agimus. Ego quōd illam mihi, illa quōd me sibi dederis, quasi inuicem elegeris.*

**Lib. v. epistola:** *Accepi pulcherrimos.tota.*

*Cūm plurima officia tua mihi grata et iucunda sunt, tum uel maxime quod me celandum nō potasti, siusse apud te de uerfulis meis multum copiosumq; sermonē, cumq; diuerſitate iudiciorum longius processisse.*

*Amaui curam et solicitudinem tuam, quōd cūm audif-  
ses me estate Tuscos meos petiturum, ne faciem suasi-  
sti, dum putas insalubres.*

*Bene fecisti, quōd libertum aliquando tibi charum re-  
ducentibus epistolis meis, in domum, et in animum rece-  
pisti. Iuuabit hoc te. Me certè iuuat: primum quōd te ta-  
lem video, ut in ira regi posis: deinde quōd tantum nubi  
tribuis, ut uel autoritati meae pareas, uel precibus indul-  
ges. Igitur et laudo, et gratias ago, simul in posterum  
mane, ut te erroribus tuorum, et si non fuerit, qui depre-  
cetur, placabilem preſtes.*

*Ad agendas gratias pro liberalitate, qua aliquis usus  
est in tenuem, et à quo non speretur mutua liberalitas,  
faciet epistola Plini lib. ix. cuius initium: Laudas mihi.*

**Polidianus.** **Lib. j. epistola:** *Tu uero Hermolaē.*

**Lib. xij. epist.** *Ain' uero. Eodem, epist. Ago tibi gratias.*

*Med.*

## Mea.

**Q**uid tibi, quid inquam pollicear? num me ipsum  
quantus sum dedam? At exiguum est ijs me deder-  
re, qui nisi fuissent, ipse non esset.

Pergratum mihi est, quod crebro certior per te fio de  
rebus que istic geruntur, et tuam erga me benevolentiam  
facile perspicio.

Ceteris omnibus vincit me patiar, certe benevolentia  
mutua non cedam. Nam, ut recte dixit Plinius, Vincit in  
amore turpisimum est.

Quod audio te istuc pro mea dignitate fortiter digla-  
diari, nihil quidem adstritur noui: sed tamen hoc audio li-  
bentius, quo sapius.

Quod referre gratiam, ita ut uolcam, non possum, for-  
tunae debes imputare.

Hoc qd' nubi reliquum est, te amabo, te colam, te uenerabor.

Mea enim nubi fortuna cripere potuit, me ipsum non  
potuit. Mea enim, non me ipsum nubi fortuna ademit.

Quid ego te horter, ut tui similis esse pergas, quum in  
dies te ipsum ultro benignitate superes? quid tibi gratias  
agam, id quod neutiquam expectas?

Quod non modo non negabo, sed etiam semper et  
menunero, et predicabo libenter.

Non est alius quisquam, cuius officijs me tam esse de-  
uinclum, non solum fatear, uerum etiam gaudeam.

Ad gratiarum actionem respon-

**Q**uod autem grata tibi mea erga te studia scribis  
esse, facis tu quidem abundantia quadam amoris, ut  
etiam grata sint ea, quae prætermitti sine nefario scelere  
non

Cicopilum.

non possunt.

Officium meum erga Rhodonem, ceteraque mea studia, que tibi ac tuis prefliti, tibi homini gratissimo, grata esse uchementer gaudeo: nubiique scito in dies maiori curae esse dignitate tuam, que quidem a te ipso integritate, & clemetia tua sic amplificata est, ut nihil addi posse uidetur.

Quanquam gratiarum actionem a te non desiderabam, cum te re ipsa, atque animo scirem esse gratissimum, tamen (fatendum est enim) fuit nubi pericunda. Sic enim uidi, quasi ea que oculis cernuntur, me a te amari. Dices, quid antea? Semper quidem, sed nunquam illustriss.

Ex Plinio.

Gratiarum actio pro libera admonitione.

**E**pistolarum, quas nubi, ut ait, aperto pectore scripsisti, obliuisci me iubes: at ego nullarum libertius memini. Ex illis enim uel precipue sentio, quantopere me diligas, cum sic egeris mecum, ut solebas cum tuo filio. Nec disimulo hoc nubi iucundiores eas fuisse, quod habebant bona causam, quem summo studio curasse, quod tu curari uolebas. Proinde etiam atque etiam te rogo, ut nubi semper eadem simplicitate, quoties cessare uideor, nunquam enim cessabo, conuictum facias. Quod & ego intelligam a summo amore proficiisci, & tu non meruisse me gaudess.

Lamentatoria epistola.

Exemplum lamentacionis.

**I**n ter commodiates, quas multas adfert amicitia, commemoratur & illud, quo d si quid dolet, licet in annuis effundere: que res solet bonam & greditinoris partem adimere. Genus hoc affine est consolatorio: sed in hoc nihil opus est arte, quum unumquemlibet dolor soleat redere

dere disertum.

Non possum tibi, quales uterq; uolumus, epistolas mittere, quum nubi nihil rerum omnium ex sententia procedat. Sed quid ego, mi Laureti, te meis querelis exanimos nisi quod iuuat apud familiarissimum amiculum graues animi mei curas deponere. Credo omnes & superos, & inferos in mean perniciem coniurasse: ita ubi hoc malum uix effugi, succedit aliud multo acerbius. In morbum iam iterum atq; iterum incidi, decidi, recidi. Multo uix sumptu recreatus, en senex ille Sogdianus, pessis omnii quas unquam irati dij mortalibus innescere, longe tetricima, se mibi erudiendum dedit. Quid ibi miseriatur non uidi? Quantum luctus, quantum lacrymarum summis meis laboribus mibi consciui? Id monstrum iam biennium me exercet. Fugio, quando uinci no potest. I am deorum aliquæ mibi propitium factum arbitrabar, quod Antonium, hominem candidissimum esse nactus, cuius humanitas illius frigorem leniebat. Inuidit mibi rursum, nescio quod numen, iucundissimi sodalis conuictum: distractur inuitus ab inuito. Inde solus, & destitutus, dum omnia tento, nihil non experior. Deum immortalem, in quos fluctus, in quæ monstra incidi? His tantis, tam perpetuis malis, uel Hercules ipse, aut si quid Hercule fortius, uinci poterat. Obdurui tamen, sic mecum cogitans, Adversari fortunam, et si infesta esset, aliquando malis meis satiatam, equiorem futuram. Nemini perpetuo acerbiam aut fuisse unquam, aut esse posse. Et ecce de integro morbo capiti corripior miser: qui quod erat diuturnus, & corpus, & loculos penitus exhausit. Nec erat cui meus dolceret dolor: quos

quos iuuaret, permulti. Sogdianum autem illum, preter ceteros, delectabat malū meum, cui molestissimū ut esset, eram meritus. Ne tum quidē animū deieci, non quod spērare quicquā, sed ne teterrimo illi seni uoluptatē augerē. Seruat us sum, sed superis, opinor, iratis, si miserijs ferēdis seruatum esse uoluerunt. Quid enim postea uel maximis, uel minimis in rebus à me tentatum est? Quid tam dextro consilio institutum, quod nō infeliciſſime euenerit? O' me omnium qui sunt, quiq; furunt, infortunatissimū. Ego' ne unus ex uniuerso hominum numero, preposterus ille Polycrates extiti, cui omnia aduersarentur, cui nihil unquam obtigerit optatum? Hic tu me, scio ueris, ut diuit, bonis cōmemorandis, nimū literis, & ingenio consolari incipies. Tolle mihi inanes iſtas cōsolationes, quae aegritudinē meā exasperat etiā, tantū abest ut leniat. Odi iam ego mē hoc ingenū: odi literas: quibus si carerē, minus miser essem, minus sentirē, minus angerer. Sed querelarum plus satis. Tu cura ut recte ualeas, quando nos dij noluerunt.

### Lamentatoriæ sylua.

Ck. epist. Baml. Libro v. epistola: Omnis amor tuus.

**L** Silber exiſſet, quādo nō tam interest, quo animo scribatur, q̄ quo accipiatur, ne ea res in epte mibi noceret, cū prescritim adhuc styli p̄cēnas dem: qua qđē in re finiſſet, etiam fato. Nam cū mēdū scripture litura tollatur, stultitia fama multetur: meus error exilio corrigitur, cuius summa criminis est, q̄ armatus aduersario male dixi.

Rēpub. lugebā que non solum suis erga me, sed etiā meis erga se beneficijs erat mibi cbarior: & hoc tēpore, quanquam me non ratio solum cōsolatur, que plurimum debet

debet ualere: sed etiam dies, que stultis quoq; mederi solet: tamen doleo ita communem rem esse dilapsam, ut ne spes quidem melius aliquando fore relinquatur.

Lib. ix. epistola: Vt meo ipsius interitum.

Lib. xiij. Ad Terentium pleraq;

Quantū dolorē acceperim, & quāto fructū sim priua Cic. ad Atticū & forensi, & domestico, Lucij fratri nostri morte, in primis pro nostra consuetudine tu existinare potes. Nam mihi omnia quæ incunda ex humanitate alterius, & moribus homini accidere possunt, ex illo accidebant. Quare non dubito, quin tibi quoq; id molestum sit, cum & meo dolore moucare, & ipse omni uirtute, officioq; ornatisimū, tuiq; & sua sponte, & meo sermone anantem affinē, amicūq; amiseris. Quid me ad uitam uocas, unū efficas, ut à me manus abstineā. Alterū nō potes, ut me nō nostri consilij utiq; poeniteat. Quid enim est quod me retineat, præsertim si ea spes non est, quæ nos proficiētes prosequebatur? Premimur cum luctu, tum desiderio omnī rea- rū, quæ mihi me chariores semper fuerāt. Cura ut ualeas.

Velim pro tuo in me amore, banc inanem mean dili- gentiam, miserabilem potius, quam ineptum putas.

Ita sunt res nostræ, ut in secūdis, fluxæ: ut in aduersis, bone. In re familiari ualde sumus, ut scis, perturbati.

Amisimus mi Pomponi, non omnē modo succin, ac junc- guinem, sed etiam colorem, & speciem pristinā ciuitatis.

Ego uero, quem fugiam, habeo: quē sequar, nō habeo.

Solicitum esse te, cum de tuis communibusq; fortunis, tum maxime de me, ac dolore meo sentio: qui quidem dolor melius, non modo non minuitur, cum sociū sibi adiungit

dolorem tuum, sed etiam augetur omnino. Pro tua prudentia sentis, qua consolatione leuari maxime possum. Probas enim meum consilium, neq; mihi quicquam tali tempore potius fugiendum fuisse.

Qui sit omnium rerū status noster uides. Nihil est malum, quod non & sustineam, & expellem. Quarum rerum eo grauior est dolor, quo culpa maior.

Omnia tamē sunt felicia, quam peccati dolor, qui & maximus est, & eternus. Cuius peccati, si socios eſſem habitorum ego, quos putauī, tamen eſſet ea consolatio tenuis. Sed habet aliorum omnium ratio exitum, mea nullum.

Quam ob rem, quoniam neq; cōſiliij tui, neq; cōſolacionis cuiusquā ſpes uilla mihi ostēditur, non querā hēc à te posthac: tantū uelim, ne priſtinū hoc officium intermittas. Scribas ad me quicquid ueniet tibi in mentē, cum habebis cui des, & dum erit ad quem des, quod longum non erit.

Quid reſtat, niſi ut miſer fiam?

O rem perditam, o facinus indignum, o me infelicem, quid hoc ſtatu uel desperatius, uel ſordidius! O me afflictiū.

De predio per calumniam crepto, graniter angerer, niſi iam animus diuturna desperatione ad nouum dolorem obduruisseſet. Ita animus multis malis obſtupuit, ut ſenſu etiā moleſtie carere coepit, quod iſum eſt omnium miferijs miferius. Quid queris? nihil me infortunatus. Nos tamen in hiſ etiam miferijs, creclo animo, & minime perturbato ſamus, honestumq; & dignitatem nostram magna cura tuemur. Plura ſcribere non poſſum, ita ſum animo percuſto & deieſto.

Non faciam ut enumerateſt miferias omnes, in quaſt incidi

cidi propter summam iniuriam, & scelus, non tam iniurias  
corum meorum, quam inuidorum, ne & meum mactorem  
exagitem, & te in eundem luctum vocem.

Ego & saepe ad te & plura scriberem, nisi mihi do-  
lor meus, cum omnes partes mentis, tam maxime huius  
generis facultatem ademisset.

Itaq; quoniam meus me mactor quotidianus lacerat & con-  
ficit, tu uero haec addita cura, uix nubi uitia reliqua facit.

Nec tam miserum quicquam est, quod non in fortunam  
nostram cadere videatur. Quare quando me afflictum &  
confitum luctu andies, existimato me stulticie meae po-  
nam ferre grauius, quam eventi, quod ei crediderim, quent  
esse nefarium non putaram.

Nos non initici, sed iniudi perdidimus. Nam quod Lamentatio  
me tam saepe & vehementer obiurgas, & animo infirmo  
esse dicas, queso ecquod tantum malum est, quod in mea  
calamitate non sit? Ecquis unquam ex tam ampio statu,  
tam bona causa, tantis facultatibus, ingenij, consilij, gratie,  
tantis presidijs honorum omnium concidit? Possum oblinii-  
sci qui fuerim, non sentire qui sim? Quo carea honore, qua  
gloria, quibus liberis, quibus fortunis, quo fratre? Quem  
ego, ut nouum genus calamitatis attendas, quum pluris fa-  
cerem, quam me ipsum semper fecissim, ut autem ne vi-  
ne aut illius luctu, squaloremque aspicerem: aut ne me, quem  
ille florentissimum reliquerat, perditum illi, afflictumque of-  
ferrem. Mitto cetera intolerabilia, etenim fieri impedit.

Dies autem non modo non leuat luctum hunc, sed etiam  
auget. Nam ceteri dolores mitigantur uetusitate: hic non  
potest, & sensu presentis miseria, & recordatione pre-

terite uite non continuò augeri. Desidero enim non mea solum, neque meos, sed me ipsum. Quid enim sum? Sed non faciam, ut aut tuū animum angam querelis, aut meis vulneribus sepius manus adstram.

Magis opto quām spero, ut ergo ro dū anima est, spes esse dicitur. Non mediussidius p̄e lacrymis possum reliqua nec cogitare, nec scribere.

**Plinius.** Aut quis me non solum infelior, sed idm etiā turpior? Lamentationis exēplum erit tota illa epistola lib. i. 14= clauram grauiſſimam. Rursus lib. vii. epist. tota, Modo nunciatus est. Rursus: Audio Valerium Martidem.

Lib. v. epist. Tristissimus hec tibi. tota.

Lib. viii. epistola: Omnia mihi studia.

Mihi autem uidetur acerba semper, & immatura mors eorum, qui immortale aliquid parant. Nam qui uoluptatibus dediti, quasi in diem uiuunt, uiuendi causas quotidie finiunt: qui uero posteros cogitant, & memorian sui operibus extendunt: his nulla mors non repentina est, ut que semper inchoatum aliquid abrumpat.

Triste illud, quod d' Iulius Valens graueriter iacet: quam ne hoc quidem triste, si illius utilitatibus estimetur, cuius interest quām maturissime inexplicabili morbo liberari illud plane nō triste solum, uerū etiam luctuosum, quod d' Iulius Anitus decessit, dum ex questura redit: decessit autem in natu, procul à fratre amantissimo, procul à matre, à sororibus. Nihil ista ad mortuū pertinet, sed pertinuerunt, cum moreretur. Pertinet ad hos, qui supersunt. Iam quidē in flore primo tantæ indolis iuuenis extinctus est, suruina cōsecuturus, si uirtutes eius maturuissent. Quo ille

ille studiorū amore flagrabat : quātum legit, quantū etiā  
scripsit, quæ nunc omnia cum ipso sine fructu posteritatis  
abierunt? Sed quid ego indulgeo dolori, cui si frēnos re= 200  
mittas, nulla materia non maxima est? Finē epistolæ faciā,  
ut facere possum etiam lacrymis, quas epistola expressit.

Est enim quedam etiam dolendi uoluptas, prescritum si  
in amici sinum defleas, apud quem lacrymis tuis uel laus  
sit parata, uel uenia. Lib. viii. epist. Et gaudium mihi.

### Lamentatoria mea.

**S**I in malum hoc fortunæ iniquitate incidisem, bone-  
stior esset plaga: nunc nostra culpa uideremur accer-  
fisse, quo d commode uitari poterat.

Res mæ in eum locum deductæ sunt, ut si uelis offi-  
ciosus esse, epitsphium pares tuo Lucilio.

### De gratulatoria epistola.

**Q**uemadmodum in rebus afflictis, amici dolor em cō-  
solatione mitigamus: ita si quid accidit lœta rci,  
uoluptatem amici gratulatione conduplicamus. His modis  
omnibus exaggerabimus animi nostri uoluptatē, quam ex  
amici successu cepimus, cuius omnia uel commoda, uel in-  
comoda pro nostris ducamus: imò cuius rebus pro incre-  
dibili quadam erga illum benevolentia, magis etiam con-  
moucamur, quam nostris ipsorum. Deinde dignit̄ 205  
si quid aliud obtigit, uarijs rationibus attollemus: siue  
quod per se sit eximia: siue quod à multis frustra ambit:  
siue quod ultro nō ambienti ddata sit: siue quod bonorū  
iudicio contigerit, non cæco fauore fortunæ: siue quod  
cuiusmodi principis fauore, qui nō solet nisi spectatos ma-  
gis honoribus ornare: siue quod totum hoc, quicquid est

boni, nulli ferat acceptū, nisi suæ ipsius industria, ut hinc  
 nihil laudis sibi vindicare posse fortuna: suæ quod p̄-  
 ter spem obtigit, nam hec solent esse gratiore. Mox ubi  
 rem satis auxerimus, ostendemus: tametsi sit amplissimum  
 quod obtigit, tamen inferius esse meritis illius. Hunc tantū  
 esse gradū ad maiora, si modo fortuna uelit hominis uir-  
 tutibus respondere. Postremo loco bene omninabimur, be-  
 neq; precabimur, ut quod obtigit, bonis auib; sit ipsi,  
 amicis, ac Reip. perpetuō faustum, ac felix. Est et obliqua  
 gratulandi ratio, quando negamus nos amico gratulari  
 bonorem, qui contigit, sed ipsi honori talēm uirū, qui tam  
 demum uidebitur splendidus, ac magnificus, postea quam  
 ei delatus est, qui suis uirtutibus, et ornamenti sit digni-  
 tati, quam suscepit, multū dignitatis allaturus. Quemad-  
 modum enim magistrati obscurat, qui gerit indignus, ita  
 illustrat uir omni decorum genere clarus et ilustris. Aut  
 negabimus nos illi gratulatuos dignitatis accessionem;  
 quam ille nec ambit, nec miratur: utpote uir prudens, qui  
 intelligat, quanto cum onere honor ille sit coniunctus: p̄-  
 tereā modestus, qui nihil minus affectet, quam populares  
 glorias: sed tamen gaudere, quod illi seges ac materia data  
 sit exerceendo uirtutis sue, ut qui antebac semper uoluerit  
 ardeatque quam plurimis, nunc etiam possit ob autoritatis  
 accessionem. Licebit utraq; rationē adhibere per occu-  
 pationē, quum prius narrabimus, quid alij essent illi gra-  
 tulaturi, nos non eadem gratulari, sed ea potius, que iam  
 diximus, in obliqua gratulatione dici solere. Frequenter  
 hic incidit genus encomiasticum, ueluti in his, que modo  
 recensuimus: aliquando non incidit, ueluti quā amico graz-  
 tulamur,

tulamur, qui incolumis domum rediit ex itinere longinquo: quum amico gratulanur filium natum, nisi forte dicimus hoc R. cipub. intressē, ut optimi quiq; utri, & probissimē queq; matrone, quād maxime sint sic cūde, quād ex bonis frē nascantur boni. Porro felicitatē ciuitatis non hinc pendere, si quād plurimos habeat ciues, sed si quād optumos. Exemplum. Incredibilem animo cepi lētitiam, quum te summo principū, collegijq; cōsensu, miro populi aplausu prēsulē creatū esse intelligo. Gaudeo aliquādo eum honorem tibi ultro delatū esse, quo tu te semper dignissimū prēstisisti. Nec tibi tantum gratulor, qui bonore isto (quanquā tuis moribus, tuae cruditioni debito) non multum delectaris, sed multò magis patriæ gratulor, quæ talem sit pontificē habitura, qualcm antehac habuit nunquam. Gratulor tuis omnibus, quos quā semper morū innocētia decoraris, nunc etiā honoris claritate, & muneris autoritate illustrabis. Gratulor mihi ipsi, te amplissimis honoribus esse auctū, cuius omnes fortunas semper meas esse duxi. Sacerdotio quidē isto in uniuersa Hetruria neq; honestius aliud, neq; magis optimū, neq; tuis rebus cōmodius contingere poterat. Tu tibi qua es modestia, onus, haud honorem obiectum dices. At ego sic existimo, superos & patriæ per te consultum esse uoluisse, & tibi uirtutis materia illustrāde paratā. Que res precor ut primū tibi, ac inde gregi tuo, deniq; & nobis omnibus uerat bene. Me totū quātus quātus sum, ad tuū obsequium offero. Vale.

Gratulatoriæ sylua.

**L**ibro. ii. epistola : Scra gratulatio. Eodem, epistola: Cia. epib. fam. Erimam tibi ut de.

Lib.iiij.epist.Q uasi diuinarem.tota.

Quia in re gratulor tibi ita uehenēter, ut te quoq; mihi gratulari, quām gratias agere malim: alterū non omnino desidero; alterum uere facere poteris.

Gratulor tibi mi Balbe, uereq; gratulor. Nec sum tantus fultus, ut te usura falsi gaudiū frui uelim: deinde frāgi responde, atq; ita cadere, ut nulla res te ad æquitatem animi postea posse extollere.

Sapienter hec reliquisti, si consilio: feliciter, si casu.

Gratulor tibi affinitate uiri mediustidius optimū.

Lib.xv.epis.T e et pietatis in nos, et plurime sequētes.

De Cic. q scribis, iu cūda mihi sunt: uelim sint pspera.

Etsi cōtentus eram, mi Dolabella, tua gloria, satisq; ex ea magnam letitiam, uoluptatemq; capiebam, tamen non possum non confiteri, cumulari me maximo gaudio, quod uulgò hominū opinio socium me adscribat tuis laudibus.

Sum enim audior, etiā quām satis est, glorie, & tamē non alienum est à dignitate tua, quod ipsi Agamemnoni regiregum fuit honestum, aliquem in consilijs capiendis Nestorem habere: mihi uero gloriosum, te iuuenē c o s. florere laudibus, quasi aluminum discipline mee?

**Plinius.** Lib.iiij.epist. Magnam cepi uoluptatem.

Lib.iiij.epist. Concesseram in municipium.tota.

Eodem,epist.Bene est mihi.

Lib. ix.epist. Magna me solicitudine.tota.

Lib.i.Explicare non possum.

Gratulatio mea.

**L**vcium tibi generum obtigisse maiorem in modum gaudeo, spiroq; & opto, istam coniunctionem tibi

et no

*& uoluptati, & ornamento fore.*

*Necq; nobis præsul optatior, neque tibi munus magis optandum potuit obtингere.*

*Nuncius neq; optatior, neq; iucundior adferri potuit, quam qui nuper est de noua dignitate tua allatus.*

*Ex tuis literis, quibus te consulem declaratum significat, tantum cepi uoluptatis, quantum te semper amavi.*

*O factum bene, rem uoluptarian nuncias, pulchre nuncias, pre gaudio uix me capio.*

*Voluptatem incredibilem mihi tuis literis nuncias.*

*Literæ tue suauissime, quibus te nouis honoribus ornatum nuncias, tāta me letitia impleuerūt, ut prorsus dubitē, cui potissimum gratulari debeā: tibi ne cui tāta dignitas nec petēti, nec cogitanti cōtigerit: an patrie, que talē sit præsulē habitura: an principi, qui talem consiliariū: an mihi potius, qui tuis fortunis perinde ac meis delector.*

*Scio te istiusmodi ornamenta nec desiderasse, nec delectari, & ita prorsus existimare, onus, non honorem tibi iniectum. At tanto es isto honore dignior, quo delectaris minus, eoq; magis uirtuti tue gratulor. Natum tibi bellum pucrum, uxore salua, vehementer gaudeo.*

*Quod ex itinere difficilimo & diurna peregrinatione patrie sis redditus in columnis, tuo nomine ex agno gaudeo.*

*Rem tibi ex sententia tua euenisce, incredibile dictu quantum leter.*

*Cave putas te ipsum ex ista tua fortuna, plus cepisse voluptatis, quam ego ex tuis literis ceperim, que me de noua dignitate tua certiorem fecerunt.*

Quod nouis honoribus sis auctus,  
 Quod magistratum assequitur,  
 Quod legatio tam splendida delata,  
 Quod doctoris titulo ornatus,  
 Familiam tibi feliciter domi crescere,

} maiorem in modo  
dum gaudeo.

Hæreditatem amplissimam obuenisse uolupte est: te tam certis, tam charis amicis orbatum nonnihil doleo.

Ego absuisse te tandem à nobis & doleo, quod cornu fructu incundissime cōsuetudinis tue: & letor, quod absens omnia cū maxima dignitate es assequutus, quodq; in omnibus tuis rebus meis optatis fortuna respondet.

Gratulor, quod qui semper episcopus fuisti, nunc etiā uideberis.

### Responsio ad gratulationem.

Cicapl. fam.

**G**ratulatio tua et si mibi probatissima, quod ab optimo fit animo, tamen hoc mibi multò incundius est, & gratius, quod in summa paucitate amicorum, propinquorum, ac necessariorum, qui uerè mee saluti fauerent, te cupidissimum mei, singularēmq; mibi benevolentiam præstuisse cognoui.

### Responsio mea.

**O** Diem letum, non tibi solum, sed tuis etiam omnibus candidissimo notandum calculo.

Si quid esset in rebus meis unione uel candidius, uel preciosius, hac nota signarem eum diem, quo mihi nūciatum est te nobis ē periculosisimo bello redisse, non solum incolumē, uerum etiā uictorē, & quidē summa cū laude.

O diem terq; quaterq; letum, nec unico margarito mibi signandum.

Precor

Precor superos, ut hoc gaudium, quod nobis omnibus  
Lergiti sunt, perpetuum esse uelint.

Si casu te contulisti in aulam, gratulor fortunæ tue: si in  
iudicio, magis etiam gratulor tuæ sapientie.

### De iocosa epistola.

**I**N unoquoq; epistolarum genere, quoties res patitur,  
Iocum ad miscere debemus. Quo in genere ex Cicero= nem plurimū ualuisse, & Ioannem Campanū fere immo= dicum, ac solutū esse uidemus, saepe proximum scurrilitati.  
Argutius iocatur Ausonius. Cuiusmodi aerò debeat esse iocus, Cicero in libris de oratore, & Quintilianus capi= te de risu monstrauit. Exempla suppeditabit Macrobius, & Atheneus. Primum illud curandum, ut tempestiuus sit iocus, ut liberalis, ut decori meminerit. Qui si apte adhi= bebitur, plus saepenumero habet momenti, quād oratio quālibet seria. Sed cauēdum erit, ne quādo nobis eueniāt, quod asino Aesopico catelli lusus infeliciter emulato.

### Iocosae sylua.

**L**ibro viij. epist. In omnibus meis.

Cic. epist. 5. 1452

Nam de Cornelio nihil qudeo dicere, cuius tu pe= riculo stultus es, quando te ab eo sapere didicisse profi= teris: quin tu urges istam occasionem, & facultatem, qua melior nunquam reperiectur.

Lib. viij. epist. Legi tuas literas.

Eodem, epistola: Nisi ante Roma proxima: Mirabar quid esset. Ac ceteræ pleriq; ad Trebatum.

Lib. ix. epist. Num tu homo ridiculus es? Et aliquot sequentes ad eundem. Eodem, epist. Accubueram.

Tui desiderium, spe tuorum commodorum consolor.

Nos

Nos planè diuites sumus, sed ne erres, Stoico more,  
qui omnes diuites putant, qui cælo & terra frui possunt.

Lib. j. epist. Næ tu homo es. Item proxima: Pici.

**Politianus.** Lib. v. epist. Ita respondebo. Item epist. Si tu edentulus.

Lib. viij. Breves aliquot epistole sunt, partim iocose,  
partim argute. Quin & Ausonius multus est in iocan-  
do, nec minus Gulielmus Budensis, Gallus & hic.

### Conciliatoria.

**E**st genus epistolarum non dissimile commendato-  
rio, quod nobis uisum est appellare conciliatorium.  
Nam ut commendatione concibamus alijs fauorem, ac  
benevolentiam apud amicos, ita quam studemus nobis  
conciliare uiros, quibus cum antehac nulla intercessit no-  
titia, aut amicitia, quodammodo nosmet ipsos commenda-  
mus. Hoc argumentum frequens est inter eruditos, dum  
aliquoties totis regionibus disiuncti, tamen mutuis episto-  
lis se prouocant ad sodalitatem literariam, ac foedera-  
musarum. Et nescio quomodo uix unquam abest hic le-  
nocinium assentationis, à quo tamē nec sanctimonia pro-  
batos uiros uidemus abhoruisse. Illud erit obseruandum,  
ut ita laudemus cum cuius ambimus amicitiam, ne uel adu-  
lari, uel fingere, uel insidiari, uel nostrum negotium agere  
uideamur. Rursus ita laudemus nos ipsos, ut ne nobis ob-  
rogantiam pro benevolentia conciliemus odium. Dice-  
mus similitudinem esse conciliatricem amicitiae. Nos illius  
eximijs dotibus ad amandum inflammatos, quas partim  
celebri fama, partim ex predicatione laudatissimorum  
bonorum, partim ex ipsius libris cognoverimus. Nos  
tametsi multum absimus ab illius uirtutibus, tunen semper  
buc

buc annixos, ut quod in illo suspicimus, affequeremur, & aliorum iudicio aliquò usq; progressos esse. Suspicionem assentationis subinde deprecabimur. Obtestabimur illius modestiam, ut amori nostro ignoscat, cui temperare non possumus: etiā non ignari, quantopere uir omni laude superior, predicatione suarum uirtutū offendatur. In nobis rem attenuabimus, animam, studium, amorem optimarum rerum exaggerabimus. Orabimus, ut nos in suorū numerū ascribat. Pollicebimur, nos tametsi nouos amicos, nulli ueterum cessoſos, studio certe, ac fide, quātumvis reliquis in rebus impares. Nos ipſos, opes noſtras, & quicquid opera noſtra pŕefari poterit, totum illi deferemus, amicos etiā cōmunes pollicebimur. Poterat hoc genus amatorio subiici, quo quidē loco nōnihil attigimus. Nonnunquam & alios iniacem conciliamus, ac tum quidē hoc intererit inter commēdationem, & conciliationē, quod qui commendat, petit nonnihil: qui cōciliat, nihil petit officijs, sed tātum conglutinat amicitiam. Ad hoc genus pertinet laudatio certe personæ. Syluam modo subiiciemus, nam & in descriptione nonnihil hac de re meminimus.

### Laudatoriæ sylua.

**M**ibi quidem humanitas tua, uel summa potius sa- Cic. epist. 34.  
pientia, non iucunda ſolum, ſed etiam ad myphilic-  
uifa eſt. Virum enim excellentem, & tibi tua pŕefanti in  
cum liberalitate deuinclum, nonnihil ſufficantem, pro-  
pter aliquorum opinionem cupiditatis ſuę, te ab ſe ab-  
alienatum illa epiftola retinuisti.

Cic. epist. 34.

Plinius.

Sed nimurum, que ſunt in manu hominum, & mihi  
& multis contigerunt. Illud uero, ut adipisci arduum, ſic  
etiam

etiam sperare nimium est, quod dari non nisi a diis potest.  
Ego uero Rufum nostrum laudo, non quia tu ut ita  
facerem, petisti, sed quia est ille dignissimus legi enim li-  
brum omnibus numeris absolutum, cui multum apud me  
gratiae amor ipsius adiecit: indicauit tamen. Neque enim  
soli iudicant, qui maligne legunt.

Lib. i. epistola, cuius initium: Si quando urbs nostra.

Laus bonum. Eodem, epist. Amabam Pompeium.

Lib. iiij. epist. Post aliquot annos.

Eodem, epist. Magna lseum fama.

Lib. iiiij. epist. Nescio an illum iucundius.

Eodem lib. epist. Annotisse videor. Laus poete.

Lib. vij. epist. Sum ex his. Lib. ix. epist. Vnicet probo.

Lib. i. epist. Mirum est. Laus uite rusticanae.

Lib. iiij. epist. Assenti para. Vituperatio personae.

Lib. i. epi. Tati mihi sunt. Lib. iiij. epi. Et si magnu te.

Eodem: O decus Italie. Laus puelle.

Lib. iiiij. epist. Scribis Marianum. Laus concionatoris.

Lib. xij. epist. Quam uellem. Laus pueri.

### Responsio ad laudem.

Cl. epist. fam. Lib. xv. epist. Letus sum laudari.

Si laudatus a te, laudare te coepero, uereor ne non tam  
profire, iudicium meum, quam referre gratiam videar.  
Omnia scripta tua pulcherrima existimo, maxime tamen  
illa, quae de nobis. Accidit hoc una eademque de causa.  
Nam et, tu quae de amicis optimè scribis, et ego quae de  
me ut optimalego.

Laudem pariter et gratias agam? Neutrū satis  
possum, et si possem timorem, ne arrogans esset ob ea  
laudare,

Politianus.

Cla. epist. fam.  
Plinius.

*Laudare, ob quae gratias agerem. Vnum illud addam, omnia nubi tanto laudabiliora uisa, quanto incundiora: tanto incundiora, quanto laudabiliora erant.*

Politianus.

*Lib. i. epist. Quod proximis literis.*

*Item epist. Quod ex sequundis rebus.*

*Item epistola: Lucretium Petreio.*

*Lib. ii. epist. Legit epistolam. Rursum: Non tu manu.*

*Eodem, epist. In epistrola quadam.*

*Lib. iii. epist. Etsi video. Eodem, epist. En ad te reuertitur. Rursum epist. Misit ad me. Eodē, epist. Utinam quat.*

*Lib. iiiij. epist. Ignoscce occupationibus.*

*Lib. v. epist. In calce. Lib. vij. epist. Legit epistolam.*

*Eodem, epist. Honorifica mentio. Item proxima.*

### Responsio ad laudem, mea.

**L**ADES istas quas affarim in me congeris, sic equidem interpretor, quasi non me depingere uolueris qualis sum, sed optimū exemplar præscribere, qualis esse debeā.

Hoc effecit ista tua tam magnifica laudatio, ut iam mihi minus incipiam placere, qui planè uideam, quantum ab sim ab ista perfecte uirtutis imagine.

Dum istam imaginem pingeres, non à me, sed abs te ipso sumebas exemplum.

Sentio quid agas, falsis istis laudibus nostram ignauiam extimulare uoluisti.

Aut planè falleris, aut nobis blanditur tua laudatio. Sed blandiatur sanè, dummodo nubi mea studia commendet. Nec enim alio consilio te blandiri scio.

Ideo summa tribuis, non quod ea sim assequutus, sed quod hoc me summis uiribus uelis eniti.

Hoc

Hoc agis laudando, ut aliquando videar laudandus.  
Ipse summis ac maximis virtutibus abundet oportet, qui  
in dijs paucas ac mediocres sic amat.

Quod in laudando me plus quam inmodica benignitate es usus, non ignorarer, nisi iam olim ex Homerica lege,  
poëtis mentiri licret. Ait enim, τιμὴ τέλος τὸν αὐτὸν.

Non est mihi cornua fibra, quemadmodum ait Persius:  
nec apud me sanè incredibile est esse uerum, quod scripsit  
Xenophon, ἔλεος ἐσπειράτης οὐαί, utique si prome-  
rebar. Nunc nihil aliud quam rideri me puto. Est hoc sere  
solenne inter eruditos, ut se se mutuis laudibus quasi sca-  
bant. Nec in totum damnandas arbitror has assentationes  
culas, quibus dicitur benevolentia, et excitantur studia.

### Officiosa.

**N**ec infrequens est et illud epistolarum genus, quo  
amicis, etiam si nihil petant, operam nostram ultro  
offerimus, propterea quod sunt quos pudet rogare, quum  
egeant amicorum subsidio. Hos oportet ultro delato  
officio, ad postulandam operam amici prouocare, et ea  
causa genus hoc officiosum vocare placuit.

### Officiosa sylua.

**C**ic. epist. fam. **E**go omni officio, uel potius pietate erga te, ceteris  
satisfacio omnibus, mihi ipsis nunquam satisfacio.  
Tanta enim magnitudo est tuorum erga me meritorum,  
ut quoniam tu nisi perfecta re de me non conquiesci: ego  
quia non idem in tua causa efficio, uuln mihi esse acer-  
bam putem.

Nostram fidem omnes, et amorem tui absentes, pre-  
sentes tui cognoscunt. Si esset in his fides, in quibus esse  
debebat,

*deberbat, non laboraremus.*

*De ceteris rebus quicquid erit afflum scribam ad te:  
et ut quam rectissime agantur omnia, mea cura, et opera,  
diligentia, gratia prouidebo.*

Ego neq; de meo studio, neq; de nonnullorū animo mihi scribēdū arbitror. *Quid enim aut me ostentē, qui si uitam pro tua dignitate profundā, nullā partē uidear tuorū in me meritorū assequutus: aut de aliorū iniurijs querar,* qd' sine summo dolore facere nō possum? Ego tibi in bac præsertim imbecillitate magistratuū præstare nihil possum: at ea excepta, possum confirmare, te et senatus, et populi Romani summo studio amplitudinē tuam retenturum.

*De Alexandrina re, causaq; regia, tantum habeo polliceri, me tibi absenti, tuisq; præsentibus cumulate satisfacturum. A nobis agentur omnia diligenter, ut neq; si quid obtineri poterit, non contendamus, nec, si quid non obtinuerimus, repulsi esse uideamur.*

*A me nullum tempus prætermittitur de tuis rebus et agendi, et cogitandi, utorq; ad omnia Qu. Selicio. Neq; enim prudentiorem quenquam ex tuis, neq; fide maiore esse iudico, neq; amantiorem tui.*

*A me omnia summa in te studia, officiaq; exspecta.  
Non fallam opinionem tuam.*

*Tu uelim tibi ita persuades, nullā rē esse minima, quæ ad te pertineat, quæ mibi non charior sit, quam meæ res omnes: idq; cum sentiam, sedulitate mibimet ipse satisfacere possum, re quidem ipsa ideo mibi non satisfacio, quod nullam partem tuorum meritorum, non modò refrenda, sed ne cogitanda quidem gratia, consequi possum.*

Z Cætera

Cetera que ad te pertinebunt, cum etiam plus contendimus, quam possumus, minus tamen faciemus, quam debemus.

Omnia uolo à me ex postules, et expelles. uincam meis officijs cogitationes tuas.

In hoc toto genere plura faciam, quam scribere audeo. Cetera, que tibi à multis prompta esse certò scio, à me sunt paratißima. Nihil in re familiarí mea est, quod ego malim meum esse, quam tuum. Hac de re, et de hoc genere toto, hòc scribo parcus, quòd te id, quod ipse confido, sperare malo, te esse usurum tuis.

Ego que pertinere ad te intelligam, studiosissime omnia, diligentissimeq; curabo, tuorumq; tristissimo meo tempore meritorum erga me memoriam conseruabo.

De mea autē in te uoluntate, sic uelim iudices, me quibuscūq; rebus opus esse intelligam, quanquam uidea, quis sim hoc tēpore, et quid possim, opera tamen ex consilio, studio quidem certe rei, famæ, saluti tuae præstò futurum.

Quam ob rem tu, quantū tuo iudicio tribuendum nobis esse putas, statues ipse ex me, ut spero, statues ex nostra dignitate. Ego uero tibi profiteor, atq; pollicor eximium et singulare meum studium, in omni genere officij, quod ad honestatem et gloriam tuam spectet, in quo etiam si multi mecum contendunt, tamen cum reliquis omnibus, tum crassis tuis iudicibus, omnes facile superabo.

Quam ob rem uelut ita ex ipse ad me scribas de omnibus, minimis, maximis, mediocribus rebus, ut ad hominem amicissimum: et tuis præcipias, ut opera, consilio, auctoritate, gratia mea sic utantur in omnibus, publicis, priuatissimis,

tis, forensibus, domesticis tuis, amicorum, hospitum, clientum tuorum negotiis, ut quoad eius fieri possit, presentia tuae desiderium meo labore minuatur.

Tu tamen ei uelim scribas, ut nullam rem neque tam magnam, neque tam parvam putet, que mihi aut difficultis, aut parum me digna videatur. Omnia que in tuis rebus agas, et non laboriosa mihi, et honesta videbuntur.

Tu si quid ad me forte scripseris, perficiam ne te frustra scripsisse arbitrere.

Quotiescumque filium tuum video (video autem ferè quotidie) polliceor ei studium quidem meum, et operam sine ulla exceptione aut laboris, aut occupationis, aut temporis: gratiam autem atque autoritatem cum hac exceptione, quantum ualeam, quantumque possum.

Lib. vij. epistola: Verborum ne desideres. multos habet locos consolatorios.

Singula persequi non est necesse: uniuersum studium meum et benevolentiam ad te deferro.

Tibi gratulor, mihi gaudeo, te amo, tua tunc: a te amari, et quid agas, quidque agatur, certior fieri uolo.

De me autem sic uelim indices, quantum ego possum, me tibi, saluti tuae, liberisque tuis summo cum studio prestat semper futurum.

Ego quid possum, nescio, uel potius me parum posse sentio. Illud tamen tibi polliceor, me quaecunque saluti, dignitatique tuae conducere arbitrabor, tanto studio esse facturum, quanto semper tu et studio, et officio in meis rebus fuisti. Hanc meam voluntatem, ad matrem tuam optimam foeminae, tuique amantissimam detuli. Si quid

*ad me scripseris, ita faciam, ut te uelle intellexero. Si tu minime scripseris, ego tamen omnia, quæ tibi utilia esse arbitrabor, summo studio, diligenterq; curabo.*

*Interim uelut sic tibi persuadeat, mihi cū Reip. quoniam semper habui charissimam, tum amoris nostri causa, maxime cure effetuam dignitatem. Da operam ut ualeas.*

*Sed ego tuis neq; defum, neq; deero, q; siue ad me refert, siue nō, mea tibi tñ benevolētia, fidesq; præstabitur.*

*Iniuiriā enim fieri putabam, quum rogabar.*

*Quæ ad me de tuis rebus domesticis scribis, quæque mihi commendas, ea tantæ mihi curæ sunt, ut me nolim admoneri.*

*Illud profecto cognosces, mihi te neq; chariorem, neq; iucundiorēm esse quenquam.*

*Perficiam profecto, ut longi temporis usuram qua crudius, intermissa nostra consuetudine, gratia, & charitate, & officiorum meorum magnitudine sarciam.*

Cicad Attic.

Consolatio eis.

Non est suo loco, ut illo scribatur.

*Perficiam profecto, ut neq; resp. ciuis in me animum, neq; tu amici desideres.*

*Sed haec fors uiderit ea quæ talibus in rebus plus quam ratio potest. Nos autem id uideamus, quod in nobis esse debet, ut quicquid acciderit, fortiter, & sapienter feramus, & accidisse hominibus meminerimus: hosq; cum multum literæ, tum non minimum Iudus quoq; Martiæ cōsolentur.*

*Ego quæ te uelle, quæq; ad te pertinere arbitrabor, semper sine ulla dubitatione summo studio faciam. Hoc uelut tibi penitus persuadeat.*

*Ego quæ te uelle, quæq; ad te pertinere arbitrabor, studiosæ, diligenterq; curabo. da operam ut ualeas.*

Nec uero

Nec uero illa res erit unquam, in qua ego non uel  
uitæ periculo ea dicam, eaq; faciam, quæ te uelle, quæq;  
ad te pertinere arbitrabor.

Lib. iij. Deprehenderūt me. Lib. x. Quanq; nec fortuna. Politianus,  
Plinius.

Nō mebercule tam mea sunt, quæ mea sunt, quam quæ  
tua. Hoc tamen differunt, quod solicitus, & intentius  
tui me, quam mei excipiunt. Idem fortasse eueniet tibi, si  
quando in nostra diuerteris, quod uelim facias. Primum,  
ut perinde nostris rebus, ac nos tuis, perfruaris: deinde,  
ut mei expurgiscantur aliquando, qui me securè ac pro-  
pè negligenter expectant.

Lib. vij. Calestrium tyronem familiarissimum.

Nil est quod uereoris, ne sit hoc illi molestū, cui or-  
bē terrarū circumire nō erit longum mea causa. Proinde  
nimiam istam uercundiam pone, teq; quid uelis consule;  
illi tam iucundum, quod ego, quam mibi, quod tu inbes.

### Officiosæ mea.

**N**ihil mibi magis in uotis est, quam ut primum abs  
te ipso, deinde à ceteris omnibus quam gratifi-  
mus esse cognoscas. Sed eiusmodi sunt tempora, ut &  
tuis in me meritis, & meo in te animo, satis facere uelim  
magis quam possum.

Me incolami, nullam accipies in iuria: & si manuis me  
uerbis Homericis tibi meum patrocinium polliceri,  
Oīas īpōlī [επόλη], n̄ iñi x̄dri Δερβίων.  
zei x̄sīlēs: παρὰ μοι βασίας χέρες īmīca.

Pollio uidetur in te offensior. Hoc quanti aestimes ubi  
cognoro, sū eadē opera sciro quid mibi sit elaborandū.

Ceteri solent operam polliceri in licitis & honestis,

z ; & in

~~E~~ in his quæ præstare possint. Ego uero tibi omnem  
meam in omni re sine exceptione pollicor, qua possis  
tuo arbitratu uel uti, uel abuti. In his quæ perfici non  
poterunt, tamen efficiam, ut intelligas nec studium, nec  
fidem usquam defuisse.

Si officiosum est, ultro polliceri opem, aut operam,  
multo officiosius est, ultro muttere pecuniam. Huius ar-  
gumenti tametsi rari, exemplum reperies apud Plinium  
lib. vij. epistola: Quamuis & ipse.

Sum quidē studiorum laboribus ita distractus, ut nemo  
magis: sed mihi nihil erat in studijs tam cordi, quod non  
postpositurus sim, si tali amico prestandū erit officiam.

Non omnibus dormio, ita non omnibus uaco. Tibi  
nunquām non ero ociosus, si quid per me fieri uoles.

Non æquum arbitror, ut literarū pretextu me excu-  
sem amico: quum hoc ipsum me doceant literæ, non esse  
deserendum amicitiae officium, quo nihil oportet nobis  
esse antiquius, aut religiosius.

Hoc unum tibi etiam atq; etiam persuades uelim, ni-  
hil existere posse tam durum, tam periculosum, quod non  
sim tua causa libenter etiam subiturus.

Nihil erit tam arduum, tam asperum, quod non sit in-  
cundum futurum tua causa.

~~E~~ quass tibi pollicear, nec nubi adsunt, nec tibi de-  
sunt. Hoc corpusculum, hunc animum tibi totum, quantu-  
mus est, denoueo.

Hoc tibi spondeo mi Lucilli, neq; animum, neq; dili-  
gentiam nubi defuturum.

Nec animo, nec studio, nec benevolentia, nec patientia  
cuiusquam

cuiusquam pro nobis cedam.

### Disputatoriæ genus.

**E**st epistolarum genus non infrequens inter cruditos, quo studiorum suorum inter se agunt commercia, quum aut sciscitantur de re quapiam, aut respondent sciscitantibus: aut si qua de re parum conuenit, disputant. Huius generis, quoniam uarium est, certa ratio reddi non potest. Tantum exempla quedam indicabo.

### Disputatoriæ sylua.

Cic. epist. Fam.

Lib. viij. epistola: Illuseras heri inter.

Lib. ix. epistola: Amo uerecundiam.

Lib. j. epistola, cuius initium est: Frequens mihi dispu-  
tatio. tota.

Lib. iiiij. epistola: Attuli tibi.

Pollianus.

Lib. j. epistola: Ostendet plenum.

Lib. ij. epistola: Dictata illa tua.

Lib. iiij. epistola: Irasceris obtrectatoribus.

Lib. v. epistola: Et tu mihi.

Lib. ix. epistola: Ego quidem mi Hermolaë. Item pro-  
xima.

\* Lib. xij. epistola: Quamtopere me semper.

Libri de Ratione conscribendi epis-  
tolas, D. Erasmo Roterdam-  
mo auctore, finis.

L V G D A P V D G R Y P H I V M

M. D. X L I.

*J*



In primis a primis odes in demum ergo mox sicut  
 tibi quatinus ab seruo est libro tunc deesse d'esse  
 y secessimus ap' prime aeeouulgauit odes  
 sicut o. car. zng. generae y sem. an. ab  
 vera auctoritate. Et zng. p. o. B. mazon

Et hanc sententiam d'esse d'esse  
 in ultimis saeculis.

Antem. Etiam de auct. aut de e'st. et

119246754

119246754







84.

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

82.